SPECULUM OPTIMI MAGISTRATUS, BENE CONSTITUTAE...

Gasparo Contarini, Giovanni Battista Coccini




BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
6
43 G
19

Speculum OPTIMI MAGISTRATUS, BENE CONSTITUTÆ AC FLOrentissimæ Venetorum Reipub.

Reverendiss. Card.

CASPARIS CONTARENI.

Cui de Romanorum & Venetorum Magistratuum interse comparatione, Guerini Pisonis Soacij JC. præclariss. elegans ac doctus noviter accessit libellus.





Summo omnes, studio & labore expurgati, pristino nitori suo ad amussim restituti

Cum Indice rerum maxime notabilium copiosiss.



Prostat Rostochij apud JOHANNEM HALLERFORDIUM M, DC, XVI.

Ex Legato [illegible] Coccini



ORNATISSIMO CLARISSIMOQUE VIRO

MARCO VVELSERO PATRICIO AUGUSTANO.

Iohannes Baptista Ciottus Senensis

S. D.

UM aureus de Venetorum Republica Gasparis Contareni Cardinalis emendatus & alio Soacii Jurium Consulti de Romanorum, & Venetorum inter se Magistratuum comparatione auctus ederetur libellus, faciendum mihi esse duxi, ut illum Consulari alicui viro & sapienti dicarem, quo & autoritas ipsi libro ex viri dignitate, & viro ex libri lectione jucunditas compararetur, ea enim unusquisque & lubens & non invitus legit,

quæ

quæ earum tractationem rerum quarum studio maximè flagrat teneturq; continent, juxta illud Nasonis;



Navita de ventis, de tauris narrat arator,
Enumerat miles vulnera pastor oves.

Hinc effectum est, ut unus tu mihi præ cæteris Clarissime Welsere occurreris cui hoc munusculum non inconveniens & opportunum haud citrà rationem dicandum dedicandumq; putarim, quem expervetustæ antiquitatis & celebri Welserorum familia præclaro sanè quamplurium Consularium virorum seminario ortum (qui tanquam ex Equo Trojano gentilitia hac ex successione vestra innumeri penè prodiere) nemo est vel mediocri Vindelicorum consuetudine Augustanorum uti solitus, qui non sibi maximè cognitum habeat & perspectum: inter quos tu ipse profecto hæreditariam domestici Patriciatus gloriam, ita laudabili vitæ sequela & virtutum varia multipliciq; exercitatione generosi sanè animi inditio tanquam auctario quodam in amplissimum provexisti incrementum,

ut major ex tua in majores iſtos tuos, quam ab ipſis in tuam poſterorumque tuorum ſequacium futurorum ut augurор laudem, gloria redundarit. Tu namq; unus ex Conſilii ſecretioris apud Vindelicos Auguſtani Conſiliarius, profunda vir memoria, exquiſita litèrarum & antiquitatis cognitione præditus, Dei ac ſacrarum rerum cultor obſervatiſſimus, moribus verò & facilitate ita omnibus charus, ut cum dignitate omnes antecellas, facilitate tamen comitateque amorum ſuavitate par eſſe cunctis videare: Ex quo celeberrimum tibi factum nomen, non apud tuos modo, ſed exteras quoq; longeq; à patrio remotas ſolo nationes, & maximè Venetiis, omnib. in confeſſo eſt: ubi non Germani tantum, ſed Itali etiam innumeri penè te celebrant, colunt, & admirantur. Accipe igitur hilari qua ſoles fronte alacriq; vultu tenue munuſculum hoc noſtrum, & majora in futurum indies à propenſa in te voluntate profectâ, à nobis expectato. Vale.

In-

INDEX RERUM MAXIME NOTABILIUM, QUÆ IN HOC OPUSCULO DE VENETA REPUB. CONTINENTUR,

Seri Alphabetica digestus.



A.

Aristo-

B.

Catus

consilio

D.

E.

Empo-

Ge-

Iusti-

Leo

M.

Notæ

P.

Pares

Præ-

Præ-

Q.

R.

Reges

S.

Se-

Tri-

quam

Ve-

Ve-

Vrbs

ZA-

Z.





DE MAGISTRATIBUS ET REPUBLICA VENETORUM

Liber Primus.

SAEPENUMERO animadverti complures, prudentes homines, ac bonarum artium ignaros, quum primum Venetias venissent, atque amplitudinem ejus urbis contemplati essent, tanta esse admiratione & veluti stupore quodam perculsos, ut nihil mirandum magis, aut illustrius se unquam vidisse præseferrent, ac totius oris significatione ostenderent. Non tamen omnes ejusdem rei capiebat admiratio: nam qui-

busdam mira quædam res, ac prorſus incredibilis eſſe videbatur, tam magnam mercium omnium copiam ex omnibus terrarum oris, ac regionibus, perpetuo quodam ac conſtanti tenore, in hanc unam civitatem invehi, indeque in longe diverſiſſimas gentes terra marique deduci. At alios detinebat urbis frequentia, & omnium propemodum gentium conventus, velriti commune orbis emporium una Veneta civitas eſſet. Nonnulli mirabantur magnitudinem imperii, latamque & terra & mari ditionem. At plerique omnes politioris & acrioris ingenii homines, hanc novam ſitus urbis rationem adeo ad omnia opportunam, ut deorum immortalium potius, quam hominum opus atque inuentum fuiſſe arbitrarentur, & ob hanc potiſſimum cauſam Venetam urbem omnibus aliis præſtare, quæ aut hoc tempore uſquam gentium ſint, aut unquam fuerint. Ac nimirum, ſi ſuperiora perſpexeris, etjam hac tempeſtate nonnullas urbes invenire facilè poteris, quas cum hac noſtra conferas; non paucas vero ſeculis retroactis, quæ & imperii magnitudine, & frequentia populi, rerumque omnium copia & magnificentia urbi Vene-

netæ longè præstitere. Verum post hominum memoriam, nulla usquam gentium civitas extitit, quæ tam opportuno, tam tuto situ, atq; adeo superante omnium fidem condita fuerit. Pleriq; in condenda urbe satis se fecisse arbitrati sunt, si locum delegissent, ad quem difficilis & incommodus hostibus accessus esset ad eam inuadendam atque obsidendam: inde euenit, ut complures civitates conditæ sint, aut in editioribus & præruptis, aspero difficilique accessu, aut palustribus demissisque locis. diversa quadam ratione nonnulli nihil preferendum censuere cõmodo, opportunoque situi ad importanda exportandaq; omnia, sine quibus sufficere civitas sibi nequeat, tum ad necessitatem, tum ad molliorem atque elegantiorem quendam vitæ cultum. Qui vèrò vtrique rei studuerint, paucos admodum invenias, pauciores vero qui id præstiterint, nullos autem quos sciam, qui omni ex parte id fuerint assequuti. At Venetiarum situs divino potius quodam cõsilio, quam humana industria præter fidem eorum omnium, qui eam civitatem non videre, cum ab omni impetu terra marique tutissim⁹ est, tum et aptissimus omnium

ad cujusq; rei copiam, sive ex mari, sive ex continente civibus suggerendam, atq; ad commercia omnis generis mercium, cum omnibus penè nationibus habenda. Nam in recessu penetralique Adriatici pelagi est sita, unde quà mare attinet ad continentem, magna æstuaria pandũtur, miro artificio naturæ munita. Nam xii. millib. passuum à continente mare incipit esse vadosum: intra vadosa breviaq; littus assurgit, veluti agger quidam. Hæc fluctibus impetuique marino obsistentia, universam eam stationem interiorem, longè lateque fusam adeo tutam reddunt, ut non tantum maris impetus, quum assurgit, valida tempestate actus fractis fluctibus retrocedat, verumetiam neque navibus adventantibus liber aditus pateat. Quin potius opus est, nisi leues admodum fuerint, ut his in locis, ubi vadosum mare esse incipit, in anchoris consistant: nactæ deinde tranquillam tempestatem, à peritisque gubernatoribus, seu potius vadorum exploratoribus circumactæ, angusta quadam & implicata via, quà scilicet altior est unda, (hæc vero singulis ferè diebus æstu maris mutatur & variat) tandem ad urbem perveniant. Littus illud,

lud,quod aſſurgit poſt vada,ſexaginta fer mè millibus paſſuum extenditur, atq; interiora æſtuaria concludit. Non ita tamen continuum eſt, ut non ſeptem locis diruptum mari aditum ad internam ſtationem præbeat. Diſtat autem à continéte ſex millibus paſſuum. Hac ergo ratione Venetæ urbis æſtuaria hæc,partim cótinente terra,partim littore ac vadis concluſa ſunt; in quibus mediis, ea regione quæ Rivoaltus dicta à majoribus,in hunc uſque diem nomen ſervavit. Condita urbs fuit Veneta, quo tempore Hunni duce Attila totam oram Venetam, inſignem Italiæ provinciam, quæ hiſce æſtuariis finitima eſt,igne ac cędibus deuaſtabant.in qua calamitate Patavii,Aquileię, Opitergii,Concordiæ,atque Altini, illuſtrium Venetiæ urbium,cives, qui & nobilitate,&divitiis aliis pręſtitere,primum ſe cum familiis recepere in nonnullas inſulas,ſeu potius tumulos, qui in æſtuariis hiſce paululum è mari eminebant: Ibidemque oppida extruxere, in quibus tanquam in tutiſſimo portu turbulentiſſimã illam Attilæ tempeſtatem effugerent. eodem autem tempore in littore, (de quo ſupra meminimus)nonnulla oppida condita

dita fuere, eò convenientibus ejusdem oræ incolis, qui patrias item sedes reliquerant, ab Hunnis direptas, ac dirutas: tutumque locum quæsierant uxoribus, liberisque, atque (ut ita dicam) diis penatibus. Postmodum Caroli Pipinique regũ temporibus, communi consilio omnes in Rivoaltum convenere, veluti in locum omnium tutissimum, & maximè commodum. ita eo convenientib. omnibus, quicunque vexationem & devastationem eam Italiæ ab immani illa barbarorum illuviæ illatam, effugere potuerunt, in eam magnitudinem, quam nunc cernimus, excreverunt Venetiæ. Urbis igitur Venetæ situm maximè tutum esse liquere omnib. potest, vel ex ipsa ratione ejus urbis constituendæ, quum sibi homines illam condiderint, qui eam Italiæ cladem atrocissimam effugère: ibique incolumes cum familiis in tantis calamitatibus perstitere. quin post ea tempora (quod nulli unquam civitati legimus contigisse) à prima urbis origine ad hæc usque tempora per mille fere ac centum annos integra semper ab hostili vi urbs Veneta perseveravit, quum tamen opulentissima ditissimaq; auri argentiq; ac rerum omnium civitas, ab ex-

tremis etjam orbis regionib. barbaros ad prædam potuerit invitare. Quo fit, ut non male ſentire exiſtimem eos, qui una hac ratione Venetias cæteris civitatibus præſtare cenſuere. Verum aliud quiddam eſt in hac civitate, quod longè omnium prętantiſſimum cenſuerim ego : mecumque omnes, qui civitatem, non tantum mœnia ac domos eſſe putant, ſed civium conventum, atque ordinem potiſſimum hoc ſibi nomen vindicare exiſtimant, ea eſt Reipublicæ ſcilicet ratio & forma, ex qua beata vita hominibus contingit. hoc ego reor eſſe eximium illud ac præclarum, quo Venetiæ maximè enitere, atq; omné antiquitatem ſuperare videantur. nam etſi compertum eſt, nonnullas Reſpublicas extitiſſe, quæ imperio, ditione, tum militiæ diſciplina ac bellorum gloria Reipublicæ Venetæ longè præſtiterint, nulla tamen fuit, quæ inſtitutione ac legibus ad bene, beateque vivendum idoneis, cum hac noſtra conferri poſſit : quo effectum eſſe perſpicimus, ut neque adeo diuturna ulla unquam perſtiterit. Quam rem cum mecum ipſe conſidero, magnopere mirari ſoleo majorum noſtrorum ſapientiam, induſtriam, & excellentem animi virtu-

tem, atque adeo incredibilem erga patriam charitatem. Fuere Athenis, Lacedæmone, ac Romæ nonnulli cives vitæ probitate, atque in Rempublicam insignes pietate viri: sed adeo pauci, ut multitudine obruti non multum rei patriæ profuerint. At majores nostri, à quibus tam præclaram Rempublicam accepimus, omnes ad unum consensere in studio patriæ firmandæ, & amplificandæ, nulla propè privati commodi & honoris habita ratione. Hujusce rei conjecturam facere quivis facilè poterit, minimè inquam ambitiosos fuisse Venetos homines, sed patriæ commodo tantum studuisse: quod nulla, aut admodum pauca antiquorum monumẽta Venetiis extant, cum tamen domi forisque præclarè se gesserint, optimæque de Republica meriti fuerint: non sepulchra, non equestres aut pedestres statuæ, non rostra navium, aut vexilla ab hostib. direpta, ingentibus prœliis superatis. Unum ex innumeris gentilis mei Andreæ Contareni Ducis exemplum afferam. Genuensi bello gravissimo, ac longè omnium periculosissimo, cùm Dux hic nostræ Reipublicæ præesset, incredibili sapientia, animique magnitudine singulari, rem

pa-

patriam servavit, hostesque jam victores, maxima clade illata profligavit, omnesque ad unum, aut trucidavit, aut captivos fecit, conservata patria, re aucta, confirmataq; Republica, diem extremum clausit, ac testamento cavit, ne ejus sepulchro, quod ad hunc usque diem visitur juxta templum divo Stephano dicatum, ulla Ducis insignia, ullave gentis nostræ affigeretur. ne nomen quidem ibi tam magni Ducis inscriptum videas. qua ejus modestia effectum est, ut viri celeberrimi, illustrissimique Principis monumentum plerique ignorent, certissimum hoc reor argumentum esse, non ambitionis ventosæq; famę majores nostros studiosos fuisse, sed patriæ tantum bono, communique utilitati consuluisse. hac ergo incredibili virtute animi majores nostri hancRempublicam instituere, qualem post hominum memoriam nullam extitisse, si quis hanc nostrã cum celeberrimis antiquorum conferat, facilè animadvertat. quin asserere ausim, neque monumentis insignium Philosophorum, qui pro animi voto formas Reipublicę effinxere, tam rectè formatam atque effictam ullam contineri. Quamobrem putavi ego exteris hominibus rem

minimè ingratam, atque inutilem me facturum, si tam praeclarè Reipublicae institutionem literis mandarem. quum praesertim nullum his temporibus videam ex quam plurimis doctissimis viris, qui multum ingenio, eruditione rerum omnium, ac eloquentia valent, hanc rem literis illustravisse. Cui licèt nihil luminis ex oratione nostra afferri posse certò sciam, per se tamen est adeo illustris, ut non tantum sibi, verumetjam orationi alioquin tenui, multum splendoris & dignitatis sit allatura. Quamobrem cum de hac nostra Republica scribere instituerim, ut quilibet facilè dignoscere queat, rectè ne, an perperam se habeat, hinc mihi potissimú exordium sumendum reor. Hominem scilicet à naturà civile animal effectum esse, solùm verò nedum rectè vivere, sed nec vivere posse: id quod quotidiana necessitas, ac victus vestitusque ratio planè ostendit: ac ob eam causam, & à principio homines convenisse in hanc civilem societatem, ac deinde perseverasse, ut bene beateque viverent, hoc est, ut mutuo adjumento atque opera summum hominis bonum assequerentur, quoad fieri potest, donec mortalem hanc vitam degimus.

Quam-

Quamobrem etiam universa ratio civilis institutionis eò pertinet, ut qua faciliori via id fieri queat, cives faciat fœlicis vitæ compotes. At fœlix beataque vita usu virtutis præcipuè contineri à summis Philosophis perhibetur, quod etjam probant certissimis rationibus, & argumentis evidentissimis. Verùm usus virtutis & in muneribus bellicis elucet, & in functionibus pacis. Atqui quamvis laus bellica, totaq; militaris ratio tum necessaria sit civitatibus pro conservanda libertate, ac finibus tuendis, tum etjam dignitatis & splendoris plurimum habeat; nihilominus respuit communis hominum sensus officia bellica, (quibus cædes ac mortalium detrimẽta in primis procurantur,) esse per se expetenda, atque ad ea cætera omnia civilia munera esse referẽda. ac crudelis quidem ingenii, vel potius ab humanitate abhorrentis hominis esse optare prœlia, cædes, incendia, hac duntaxat de causa, ut in re militari clarus sit; adde etjam si libeat, ut summi Imperatoris laudem consequatur. Quare omnes philosophi insignioris notæ in hanc sententiam consensere, bellũ propter pacem expetendum esse, omnemque functionem vir tutis militaris, atque

universam laudem bellicam ad pacis officia esse referendam. Quamobrem is reipublicę institutor, qui laude dignus haberi, & ut dici solet, omne punctum tulisse videri vult, eam moderationem adhibeat, ac eum ordinem tueatur, ut ad virtutem accommodata tota reipublicæ institutio videatur: atque ad pacis functiones magis quam ad bellica munia spectare existimetur, bellicis interim & militaribus non neglectis. Nam plerunque & finibus tuendis & propagandis, (dummodo id sine injuria fiat) necessaria est militaris virtus. Cæterum iis, quę diximus, constitutis, illud statim in controversiam revocari solet, gubernationi civitatis rectiusne unus, an pauci præsideant, an potius universa multitudo: qualem plerique effingunt statum illius, quæ proprie Respublica vocari debeat. mihi quidem egregie statutum, sapienterque dictum videri solet, hominum gubernationem perperam homini cuipiam demandari, sed divinius aliquid esse oportere, cui officium ist d incumbat: quod cognosci facilè potest ex plerisque generibus animantium: gregem enim ovium ovis non regit, nec equorum aut boum armentum bos equusve aliquis

mo-

moderatur, ſed animal quoddam longè magis eximium tuetur ac regit brutas animantes: homo inquam, qui quantum brutis antecellat, eſt omnibus compertiſſimum. Itaque non diverſa ratione hominem moderari, ac regere debet quippiam homine præſtantius & divinius, ſi ex animi ſententia res ſucceſſura ſit. Sed cùm in mundanis rebus, quæ ſenſu percipiuntur, inveniri minimè poſſit melius ac præſtantius homine, ac homo varium quoddam ſit animal, & longè diverſis partibus conſtet: inferioribus quippe animi viribus cum belluis communionem habet, at ſupremis quodammodo deos immortales attingit: id rectè inter homines gubernatoris atque moderatoris locum tenere debet, quod eſt in homine divinum: id verò omnium conſenſu eſt mens, divini tanquam ſplendoris radius quidam à natura inſitus hominum animis. Non ergo ſatis Reipublicæ conſultum erit, ſi gubernatio homini committatur, quem brutę illæ vires ſæpe perturbant, atque à recta ſemita revocant rationis, ſed menti puræ ac motionum animi experti, id munus deferendum eſt. Quamobrem divino quodam con-

cōſilio, cum alia ratione id fieri non poſſet, inventis legibus hoc aſſequutum humanum genus videtur, ut menti tantum ac rationi nullis perturbationibus obnoxiæ, hoc regendi hominum cœtus officium demandatum ſit. Quod ſanè deorum munus, neſcio an nullo inferius exiſtimari debeat, ſi quis accuratè ſecum reputet legum commoda. Primo namque in ſanciendis, plurimi ſapientes viri conveniunt, qui multarum rerum experientia docti, inventis aliorum, exemplisque veterum collatis, tandem poſt diuturnam cōſultationem decernunt, idquod optimum viſum fuerit: neque odio tunc, aut amicitia, aliave animi perturbatione à virtute deduci poſſunt, quum nullius privati cauſa agatur in legibus conſtituendis, quod in forenſibus judiciis ſemper accidere ſolet. Poſt verò leges ſancitas, ſi quis contra eas feciſſe deprehendatur, eaſq; pœnas dederit, quas leges juſſerint; jure nullum habere odio poterit. Proindeq; metuendum non erit, ne qua ſeditio aut ſimultas inter cives contrahatur, maxima & periculoſiſſima rerum publicarum labes. Contra plerunque cum hominum judiciis, nō vi legum quiſpiam plectitur, diſcordiæ i-

nimicitiæque graves proveniunt: Nam fieri vix poteſt, ut non malè affecti in eum ſimus, qui nobis detrimentum attulerit: quo circa haud ſcio, an hominum generi à natura omnium parente nihil hac legum inventione majus conceſſum fuerit, quæ etjam jure diis immortalibus fuit ab antiquitate conſecrata. quin quod magis mirum videatur, Ariſtoteles philoſophorum facilè Princeps, in eo libello, quem De mundo ad Alexandrum Macedonum regem ſcripſit, nil aliud reperit, cui ſimilem Deum optimum faceret, præter antiquam legem, in civitate recte inſtituta: ut id propemodum tam magni philoſophi ſententia ſit Deus in hac rerum univerſitate, quod antiqua lex in civili ſocietate. Ac in libris, in quib. de republica tractat, legem inquit eſſe mentem ſine appetitu: proinde ac ſi diceret mentem puram, lucidam, nullis affectuum morbis infectã, ex quibus effici illud quod ſuperius diximus maximè opportunum atque optimũ eſſe, quilibet perſpicit homo etjam tardioris ingenii, ut ſcilicet divinius quippiam homine cœtus hominum morderetur ac regat. Quòd ſi huic gubernationis muneri pręficiatur homo, quum rari admodum

ſint

ſint & prudentia & probitate præditi, iiq́ue plerunque ob affectuum animi vim cum in judicando errent, tum maximè à recta animi ſententia dimoveantur, non ſine turbatione magna, ingetiq; periculo res proceſſura eſt. quod et ſi fieri poſſet, ut hominem inveniremus adeo ſapiẽtem atque probum, atque adeò propoſiti tenacem, ut nullá animi perturbatione ab officio revocaretur: utique neque hac conditione optandus eſſet pro legum principatu hominis dominatus, qui mortali fragilique natura præditus, diutius eo munere fungi nequiret, quum leges æternitatem (ut ita dixerim) æquare poſſint. Ex his jam perſuaſum eſſe reor, ſummam imperii commendandam eſſe legibus, non homini: quàm pauciſſima vero, quando legibus comprehendi nõ poſſunt, hominis arbitrio permittenda. Verum neceſſe eſt, ut cuſtos quiſpiam ac veluti vicarius & miniſter legibus conſtituatur, qui pro legis imperio rempublicam regat: &, quoniam neq; legibus comprehendi poſſunt omnia, tum quæ in judicium veniunt, tũ quæ conſultanda ſunt, arbiter ſit hujuſmodi omnium. rurſusque eadem controverſia redit, quæ ex legum ſanctione ſoluta

ta esse alicui videri potuisset, an scilicet unus melius, an pauci, an potius multitudo tuendis legibus, & his dijudicandis, ad quæ satis esse leges non possunt, præferenda sit. Ac quamvis multorum sententia regius dominatus aliis habeatur præstantior, crediderim tamen ego, tametsi unius principatus, qui vere regiam dignitatem ac jure sibi vindicaret, si res per se consideretur, optimus omnium est, nihilominus propter sæpius in deteriorem partem labile ingenium hominis, ac vitæ brevitatem, optimum omnium statum minime esse sub regio principatu, sed multitudinis gubernationem civili societati magis convenire: idque experientia rerum omnium magistra luculenter docet. Nam nullum regium principatum apud veteres extitisse unquam legimus, neque nostra tempestate conspeximus, qui non bruti in tyrannidem lapsus sit. Contra plurimas respublicas multis seculis perdurasse, ac pace & bello floruisse. Ac multitudo quidem omnis gubernationi per se inepta est, nisi in unū quodammodo coalescat: quandoquidem neque multitudo ulla esse queat, nisi unitate aliqua contineatur. Qua de re civilis

quoque societas dissipabitur, quæ unitatē quadam cōstat, nisi quapiam ratione multitudo unum efficiatur. Quo fit, ut pręclarissimi philosophi, qui de reip. institutione accuratè scripserunt, temperandā rempub. censeant ex optimatium & populari statu, eo adhibito temperamento, ut incōmoda uniuscujusque gubernationis vitentur, commoda verò comparentur. Quocirca rempublicam Lacedæmoniorum summopere laudant, in qua Reges & Ephori, & Senatus effecerint mistionem quandam, ut bene dignosci nequeat, sub quanam gubernationis specie fuerit ea respublica collocanda. Id tamen reprehēdunt, quòd duntaxat ad belli munera instituta fuerit, nulla interim habita ratione officiorum pacis, atq; otii, ex quo effectum esse, ut respub. illa multis & clarissimis virtutibus insignis, ubi primum in otio esse cępit, in deterius lapsa sit, ac demū corruerit. quod ēt Romanis accidisse eadem propè causa compertum est: nec id esse eveturum latuit præcipuos Romanos Senatores, ex quibus Nasica censuit Carthaginem, tametsi Romani nominis æmulam, vel potius inimicam sempiternam, minimè diruendam esse, ut semper Roma

nus

nus hostem haberet, cum quo agendū armis esset: ne inimico atq; æmulo sublato, ea respubl. instituta ad bellum, juventusq; in armis educata in sese arma converteret. Quod Nasicæ consilium, quamvis à Senatu tunc repudiatum fuerit, contraque ejus sententiam decretum, rerum tamen ipsarum eventus prudentissimum fuisse ostendit. nam eversa Carthagine continuò fere bella civilia exarsere, quibus tandem florentissima, ac potentissima omnium, quæ unquam fuerunt, respub. concidit, ac demum in Barbarorum prædam cessit opulentissima, seu potius rerum domina civitas. Sed ut aliquando ad institutum opus veniamus, majores nostros, qui Venetam rempublicam instituerunt, mira quadam sapientia atque egregia probitate præditos fuisse apparet, qui nihil prætermiserint, quod ad rectam reipub. institutionem pertinere videretur. Primum namq; ad usum muneraq; virtutis instituere omnem vitam, functionemq; suorum civium, semperque eis fuere potiora studia pacis quam belli. Et in eam curam potissimum incubuere, ne qua ratione cōcordia civilis solvi posset, nō neglectis interea officiis bellicis, his inq̄ quę nostrę civi-

ſtati maximè convenirent. nam is eſt urbis ſitus, ut valdè idoneus ſit maritimæ militiæ, terreſtri vero parùm aptus. Neque enim huic urbi aliquo pacto accommodari queunt, aut equitum turmæ, aut peditum acies, ut ex his, quæ ſupra de urbis ſitu à nobis acuratè deſcripto diximꝰ, perſpicuè conjici poteſt. Eam vero in hac republica moderationem ac temperamentum adhibuere, eamque miſtionem omnium ſtatuum, qui recti ſunt, ut hæc una reſpublica & regium principatum, & optimatium gubernationem, & civile item regimen referat: adeò ut omnium formas pari quodam libramento commiſcuiſſe videantur, quod clarè ex operis proceſſu liquebit. Verùm, ut tandem Reipublicæ Venetæ inſtitutionem aggrediamur, ſumma totius civitatis auctoritas, & ex cujus decretis & legibus, tum Senatus, tum magiſtratus omnes jus poteſtatemque habent; penes illud Conſilium eſt, in quod nobiles omnes cives conveniunt, qui annum XXV. exceſſere, nam plerique alii qui nondum id ætatis habent, ubi tamen annum XX. peregerint, hoc jus ſortis beneficio adipiſcuntur: de cujus rei univerſa ratione inferius dicemus.

Nunc

Nunc à nobis illud primum omnium statuatur, probè à majoribus nostris cautum fuisse, ne plebs admitteretur ad conventum hunc civium, in quo est summa reipublicæ potestas. Deinde non minore prudentia factam fuisse civium hanc definitionem generis nobilitate potius, quam facultatum censu, quemadmodum fieri consueverat in priscis rebuspubl. ac plerique veteres philosophi præcipiunt esse faciendum. Civitas nanque civium societas est: nec tamen omnes hi homines, quibus indiget civitas, aut qui intra mœnia urbis habitant, sunt habendi pro civibus, neq; jure in civium numero sunt collocandi. Opificibus enim cuivis civitati est opus, aliisque permultis, qui mercede operam suam locant, ac privatis demum servis. at nullus horum civis verè dici potest. nam civis liber est homo: hi vero omnes servitutem serviunt, vel privatam, vel publicam. Mercenarii namq; & opifices omnes veluti servi publici haberi debent. Etenim non dissimili modo à natura constitutum fuisse animal putandum est, ac civitatem ab hominibus constitui oportere. In animante vero multæ sunt partes, quæ animatæ non sunt. illis

tamen indiget animal, ut vivat: sic in civium cœtu multis hominibus est opus, qui tamen minimè partes civitatis aut esse, aut haberi debeant, nec in civium numero collocari. Quamobrem sapienter à majoribus nostris cautum est, ne universus populus summam potestatem habeat in hac repub. quam longè optimam voluerunt. Summa enim turbatio, popularesq; tumultus frequenter concitantur in illis civitatib, in quib. summa rerum est apud populum: quod etjam in quibusdam rebuspublicis observatum fuisse legimus & à nonnullis philosophis præceptum. hoc tamē rectè se posse assequi arbitrati sunt, si jus hoc administrandę reip. definiretur, censu atq; copia rei familiaris. Verum in maximasdifficultates, nec mediocria incómoda incidere. nam frequenter evenit, ut infimę plebis homines comparent sibi ingentes facultates: quippe qui plerunque sordidis artibus, officiisq; minimè liberalibus dant operam augendæ rei, neq; unquam sibi parcunt, quin potius genium fraudant, ut opus accumulent. Contra ingenui cives ac liberaliter educati pauperes fiunt, seu adversa fortuna, (ut frequenter accidit) seu quodliberalibus studiis addicti

dicti universam hanc augendę rei familiaris operam negligunt. qua ratione fit ut sordidi homines, qui nil aliud sapiunt q̃ lucrum, bonarum vero artium expertes sunt, paulatim rep. capessant: ingenui vero ac liberaliter educati, opib. sensim deficientibus à jure civium decidãt. Inde maximas seditiones oriri, ac remp. turbari necesse est. Ideo majores nostri sapientissimi homines, ne sua respub. quandoq; in has calamitates incideret, hãc definitionem publici juris, generis nobilitate lõgè melius fieri censuerunt, quàm magnitudine census; ea tamen temperatione, ne tantum supremæ nobilitatis viri hoc jus haberent, (illud enim paucorum potentiæ fuisset, non reip.) sed etjam quicunq; alii cives non ignobiles. Itaq; omnes qui aut genere nobiles extitere, aut virtute insignes, aut de repub. benè meriti, principio hoc jus civitatis regendæ adepti sunt. Quod si post eum primum civium cõventum nobiles alii fuere, qui tum opib. tum strenuis gestis rempublicam auxerint, nimirum illis omnibus jus administrandæ reipub. concessum fuit, id quod & temporibus nostris vidimus: nam nonnulli etjã advenę, externiq; homines in hũc nume-

rum civium asciti sunt, vel ob eam caussam, quod nobilissimi, vel quod officiosi erga rempublicam fuerint, eamque insigni quopiam facinore honestarint. Universus ergo hic civium conventus, seu (ut dicitur) magnum hoc Consilium, penes quod summum totius reipublicæ jus est, & à quo etjam Senatus magistratuumque omnium auctoritas pendet in hac republica, vicem refert popularis status. Dux verò qui præfinitum imperandi tempus non habet, sed dum vixerit, præsidet, regiam præsefert potestatem, præsertim cum regiam speciem habeat, ac gravitatem dignitatemque regis servet. Reliqui verò cives regia veneratione Ducem prosequuntur, omniaque decreta & leges, tum etjam publicæ literæ, sub Ducis nomine prodeunt. At Senatus Xviri, seniorumque seu præconsultorum collegium, qui apud nos vulgo Sapientes appellantur, eorum inquam qui præconsulunt, ac de republica ad Senatum referunt, ostendunt quandam optimatium speciem. Quæ cum sint præcipuæ reipublicæ hujus partes, antequam ad inferiores magistratus deveniamus, de iis primò sigillatim dicẽdum est. Initium verò sumatur à majori consilio,

à quo

à quo universa pendet respublica. Omnes ordinis patricii juvenes, qui XX. annum exegere, ad magistratum, qui vulgò Advocatorius dicitur, accedunt, cui præcipuè legum tutela demandata est, coram quo constituti cum patre, aut matre, si pater decesserit, aut proximiore generis cognato, si utroque parente orbati fuerint, adhibitis duobus testibus, honestis viris, sed alienis à matre, probant sese natos ex eo, quem patrem profitentur, non spurios: sed matrimonio legibus statuto & ex matre honesta muliere. Testes verò in hæc verba jurant, sibi id compertum esse ex omnium quos novere attestatione, atq; ex omnium assensu. Deinde pater seu mater, vel consanguineus genere proximùs, si fuerit is juvenis utroque parente orbatus jurejurando asserit adolescenté XX. annos excessisse. Quæ quum ritè à scriba magistratus illius in codicem fuerint relata, diem quartam mensis Decembris operiuntur: eademque die omnium horum adolescentum nomina, qui nondum sortis beneficio jus civis adepti sunt, nec vigesimum quintum annum excesserunt, in urnam conjiciuntur, & ad Principem deferuntur: ibique coram Consiliariis ea

urna constituitur. Penes quam est & altera, in qua tot sunt pilulę, seu globuli, quot nomina in priori fuerint, suis quæq; notata syngraphis. Pilularum quinta pars aurea est, reliquæ omnes argenteæ. Extrahit Princeps ex priori urna nomen, mox & ex altera pilulam: q̃ si aurea fuerit, juvenis is cujus nomen exierat, confestim publicè potestatis jus habet, & in majus cõsilium admittitur: sin argentea, sorte decidit, ac insequentis anni sortem operitur, nisi eo temporis spatio xxv. annum exegerit. nam quicunque patricius ad id ætatis pervenerit, continuo jus habet civis, publicæque potestatis est particeps atque in hoc consilium majus admittitur. Hac igitur ratione quinta pars candidatorum juvenum quotannis recipitur ad jus suffragii ferendi cum aliis civibus. Quod si accidet ut cujuspiam patricii pater atque avus, vel propterea quod absentes fuerint, vel ob aliam causam nunquam hoc jure suffragii ferendi sint usi, eorumq; nomina nunquam fuerint relata in publicos codices, in quib. patriciorum omnium nomina sunt descripta: ne qua fraus cõfici posset, neve quispiam degener furtim obrepat in hunc nobilitatis cœtum, noluerunt

arbi-

arbitrio tantũ advocatorii magiſtratus eam rem conſtitui ac decerni:ſed lege cautum eſt,ut hi referentib. advocatorib. ad XL.viros agnationem patriciam probẽt, atq; teſtibus & ſcripturis publicis : ſicque cauſa cognita diſcrepantib. XL. viris decernitur,an ad ordinem patricium admittendus ſit.Ne autẽ quiſpiam impunè tentare hujuſmodi judicium audeat,itidẽ decretum eſt,quicunq; referre de nobilitate ſua voluerit,ad eos judices,prius ad magiſtratũ afferat quingentos nũmos aureos, qui in ęrariũ referuntur, ſi ille deciderit à cauſa.Ea fuit majorum noſtrorũ diligentia,ne qua labe nobilium hic cœtus inficeretur.qua de cauſa ét ille cives,qui xxv. annum exceſſerunt, non prius adipiſcuntur jus ſuffragii ferendi,quàm corãAdvocatoribus conſtitui jurejurando patris ſeu matris , aut proximioris conſanguinei probaverint, ſe ad id ætatis deveniſſe: ac duobus item teſtibus,ſe ex eo patricio genitos quem patentem profitentur,nõ ſpurios nec matre pudenda.Poſtquam omnis ferè ratio à nobis expoſita eſt, qua civib. ad jus publicæ poteſtatis aditus fiat, illud animadvertendum exiſtimo,majores noſtros ſenſiſſe plurimũ ad amicitiã & unio-

nem

nem civium conciliandam & conservandam conferre, si sæpius in unum convenirent: quare tum legibus, tum veteri consuetudine inolevit mos ille, ut octavo ferè quolibet die, interdum etjam frequentius, Consilium magnum cogeretur. Hujus præcipuum munus est, ut omnes magistratus creet, tum eos qui in urbe jus dicunt, & aliis reipublicæ muneribus funguntur, Senatum quoque & decemviros, tum etjam prætores, præfectos, quæstoresque oppidorum atque urbium, quæ in societatem Veneti imperii sunt ascitæ, nec non custodes arcium, classis Imperatorem, Legatos, item classis triremium præsides, ac demum (ut uno complectar verbo) quoscunque qui domi vel foris jus habeant publicæ potestatis. Leges item omnes, quæ ad constitutionem reipublicæ pertinent hujus consilii auctoritate sanciuntur, quod præcipuè fieri consuevit tempore interregni, cum scilicet mortuo Duce nondum alius ei suffectus sit: sed inferius de interregno. Nunc omnis comitiorum habendorum ratio à nobis exponetur. Circa meridiem, quibusq; ferè diebus festis consilium hoc cogitur sub amplo spatiosoq; tecto, quod liceat ap-

pel-

pellare comitium, in eo decem ſunt ſedilia longiſſima, utpote quæ longitudinem comitii pene æquet. cives omnes, ut quiſque eo loci pervenerit, ſeſſum eunt, ut cuique libuerit. nulli enim ſtatutus eſt locus in comitio præter quam quibuſdam magiſtratibus, qui comitiis præſunt. ii verò ſunt Dux, Conſiliarii, & Quadraginta Virorum præſides tres, qui in elatiori ſuggeſtu ſedent, atque ſoli jus habent referendi ad magnum Conſilium. Poſt hos in mediis fere ſubſelliis quæ paulò elatiora ſunt ad parietes comitii poſita, certis ſtatutiſque ſedibus, Advocatores ſedent, treſque decemvirum præſides, ac demum quam longiſſimè à ſuggeſtu Ducis ſunt ſubſellia Auditorum veterum, ac recentium, de quibus omnibus magiſtratibus à nobis infrà dicetur. cæteri verò cives omnes (ut dicebam) promiſcuè pro animi arbitrio ſedent. ſtatuta deinde hora fores comitii clauduntur, feruntur q; claves ad ſuggeſtum Principis, & ad ejus pedes locantur, tunc ſcriba primus, qui honos eſt non patriciorum, maximæ tamen dignitatis, aſſurgit, atque elatiore loco conſtitutus voce magna pronunciat magiſtratus, quorum ſunt eo die habenda comitia.

pro-

pronunciatis magiſtratibus, continuò ex
eo loco cõfert ſe ad ſuggeſtum in quo eſt
Princeps, altaq; voce citat magiſtratus;
præſides comitiorum quos ſuprà memo-
ravimus,ut ad Principẽ ſeu Conſiliarios,
ſi Princeps abſuerit,accedant.juſſi confe-
ſtim accedunt,ibiq, jurejurando interpo-
ſito pollicentur operam ſe daturos, ut le-
ges comitiorum ſerventur, pronunciatu-
roſq; civem eum, qui contra decreta ali-
quid egerit,pœna legibus conſtituta puni
turos. His peractis ad ſua quiſq; loca re-
vertitur,p̃ter unũ ex advocatorib. ac unũ
ex præfectis Xvirum,qui ad extremã par-
tem atrii ſe conferunt adverſamPrincipis
ſuggeſtui,ibiq; deſtinatis ſedib.conſidet.
reliqui verò advocatores in dextro latere
comitii, duo verò reliqui Xvirum præſi-
des ſiniſtro latere è regione advocatorũ
ſe item locant.Conſimili ratione audito-
res veteres & recentes extremo loco co-
mitii,quẽ dicimus lõgiſſimè diſtare à ſug
geſtu Principis,oppoſitis laterib.cõſidet,
dextro inquam ac ſiniſtro: ut hujuſmodi
magiſtratuum conſeſſu univerſo civium
conſilio omni ex parte appoſiti cuſtodes
eſſe videantur,ne quis impunè quippiam
agere poſſit,contra leges & comitiorum
de-

decreta. Magistratibus in hunc modū dispositis tres urnæ juxta Principis suggestū statuunt, in quibus conduntur globuli aurei argenteiq; hocq; modo dispositæ, ut in medio suggestu sit una, ex utroq; latere itidem una, in quarum utraq; triginta tātum sunt globuli aurei, innumeri verò argentei. in media verò urna sexaginta tantum globuli conduntur, quorum triginta sex aurei, argentei verò viginti quatuor: suntq; aurei omnes globuli, certis literarum notis inscripti, quas singulis comitiis sorte educunt, ne qua posset subesse fraus. Locatis urnis tres Consiliarii cæteris juniores è suis sedibus surgūnt, ad extremam partem suggestus juxta tres eas urnas sessum eunt, ea ratione ut singulis singuli consiliarii assideant. his ita actis & dispositis sortes ducuntur, atq; is ordo civium. cujus sors exierit, cōsurgit ex utroque comitii latere. Per atrium n. quod lōgum est, decem sunt sedilium ordines dispositi, in quibus pro cujusque arbitrio cōsidere cives, supra diximus, unaq; tantum sors duob. ordinib. inservit, iis scilic. qui ex utroq; latere comitii sibi respondent. is ergo ordo, cujus sors exierit, magna p̄conis voce citatur, & ex utroque latere co-

comitii, eo ordine quo ſorti libuerit, conſurgitur: civesque eo quo ſederint, ordine, ad eas ſe urnas conferunt, quib. juxta ſuggeſtum Principis conſtituti Conſiliarii aſſident: ac manu impoſita quiſq; globulum unum educit: qui ſi argenteus ſit, diverſo itinere ad ſedile, unde ſurrexerat, revertitur. at qui aureum eduxerit, confeſtim Conſiliario, qui urnæ illi præeſt, cóſpiciendum tradit: ille diligenter notam agnoſcit. illa notæ inſcriptio ea ratione eſt inventa, ne quiſquam efferre domo ſecum poſſet aureum, quem manu furtim impoſitum videretur ex urna eduxiſſe, ſicque per fraudem elector fieret. Is ergo cui ſors aurei obtigerit continuò ad mediam urnam ſe confert, indeque aliũ globulum extrahit. qui ſi argenteus fuerit, impos voti revertitur ad eundem locum unde diſceſſerit; ſin verò aureus fuerit, ſuggeſtum aſcendit, atque è regione Principis deſtinato loco ſeſſum it. ſecundus qui eadem ſorte uſus fuerit, eodem etjam ſe recipit, ac item tertius: ſicque deinceps cæteri, quouſque novem fuerint, qui primum electorum ordinem complent atque ita eo in ordine diſponuntur, ut ſolius ætatis ratio habeatur, præterea nullius

rei.

sci. Hoc loco institutum illud minimè prætereundum est, illos qui sortis beneficio electores sunt facti, statim alta voce à scriba pronunciari solere, adeo ut omnes audiant: neque amplius facultatem ullam esse cuipiam ejus consanguineo, aut affini arcta necessitudine conjuncto tentandi sortem, qua elector fieri queat: neque etjam pluribus quam duobus gentilibus aditus patet ad ordines electorũ, quod summa prudentia majores nostri instituere, ut scilicet ad plures agnationes ac familias hoc munus eligendi perveniat, publicumque hoc beneficium latius pateat inter cives: satis enim haberi debet, si ex una familia sors duobus contingat, qua publicæ auctoritatis comites efficiantur. Sed eò revertatur, unde nostra divertit oratio, primus hic ordo electorũ civium è vestigio ut completus fuerit, è comitio egreditur, simulque novem illi se in certum conclave recipiunt. Hic scriba unus à secretis reipublicæ adest: primum electoribus nunciat ea, quæ legibus præscripta in magistratibus eligendis servari debeant. leguntur item Senatusconsulta, ac cæteræ leges, quibus cavetur, ne pecunia corrupti electores, seu quapiam

mala arte & fraude eligant, vel, ut rectius dixerim, nuncupent eos, qui competitores futuri sunt, ac suffragiis consilii proponendi, disponuntur deinde novem illi electores, pro cujusque ætate, seniores scilicet digniori loco, prioriq; sede. nullum enim aliud discrimen, præterquam ætatis, inter cives Veneti esse volunt, quod seditionis nullius aut simulatis unquam id causa fuerit: neq; à summis philosophis, Aristotele inquam in Politicis, & Xenophonte in Cyri Persarum regis institutione, opere longè celeberrimo, est prætermissum. Electoribus eo ordine dispositis, novem item globuli in urnam conjiciuntur, numeris in quoque notatis, ab uno ad novenarium. In pagina verò paululum longiore inscripti sunt magistratus, quorum habentur comitia suo ordine. Maximus natu electorum, ex urna sortem educit. numerus sorti inscriptus inspicitur, ac quotus fuerit numerus, in eo et ma gistratu, qui in pagina illo fuerit numero descriptus, pronunciandi quẽ voluerit civem jus habet. Idem contingit secundo, tertio, ac deinceps omnib. ut sc. ducta sorte quisq; electorum proprii magistratus beneficio & arbitrio sortis sit pronunciator

tor effectus. Postmodum is, cui primi magistratus sors obtigerit, eum civem pronunciat quem voluerit. Itur in suffragia à novem electorib. si sex suffragia, vel plura tulerit electus ab eo electorum ordine, in eo magistratu renunciatur, ac ejus nomen in pagina oblonga, in qua magistratus omnes, quorum habentur comitia, sunt inscripti, ab uno electorum subscribitur notæ primi magistratus, quod si pauciora quàm sex suffragia tulerit, quod rarissimè evenit, iterum alius. ab eodem electore proponitur. atque eadem ratione res deinde peragitur, & sic deinceps, quousque aliquis proponatur, qui approbetur sex electorum judicio. Ide eligendi modus in secundo, tertio, omnibusq; aliis servatur, quoad ille electorũ ordo in singulos magistratus singulos cives elegerit. Interim verò dum hæc in conclavi aguntur, reliqui cives ordinem sortium in comitio cœptum non intermittunt, sed ad urnas se conferunt, prout cuiq; sediliũ ordini sors contingit: deinde globulos educũt donec novem alii sorté utramq; auream ex urna extraxerint. hi complent secundũ electorũ ordinem, qui habita (ut dictũ est) ætatis ratione, & ipsi in conclave destinatũ seor-

 sum

ſum ſecedunt: quo in loco adeſt & alius ſcriba à ſecretis, qui ratione nulla in re diſpari à priore, tum leges ac Senatuſconſta quæ ſervanda illis ſunt, recitat palàm, tum ſuo quemque loco collocat: paginâque defert eiſdem magiſtratibus, eademque ſerie, qua prior illa, quam in conclavi primi electorum ordinis delatam fuiſſe ſuprà diximus. Itidem ſortes ab electoribus educuntur, ut quiſque ſuam educit, à ſingulis pronunciantur cives ſinguli in magiſtratibus, quorum comitia fiũt, prout cujuſque electoris ſors tulerit. ac eodem firmè modo poſt hos tertii novem eadem ratione tertium ordinem complentes, in privatum quoque conclave ſecedunt, in quo eadem ad amuſſim obſervãtur. Sic etjam quarti novem in ſuum, atq; hoc pacto explent numerum triginta ſex civium. totidem enim fuerant globuli aurei in urna medio ſuggeſtu conſtituta. Quamobrem ex ſexaginta civibus, quib. ex primis urnis ſexaginta pilulæ aureæ contigere, triginta ſex electores fiunt in quatuor claſſes diſtributi: quatuor vero & viginti, qui ex media urna globulos argenteos eduxerunt, ſpe fruſtrati ſeſſum redeunt. Non me latet, per quam arduum


eſſe

esse minuta hæc à veterum Romanorum usu longe remota literis illustrare, sed potius inepti culpam mihi censeo subeundam, quàm parum diligentis. ideo minima quæque etjam accurate sane à nobis recensebuntur, adeo ut nihil amplius etjam ab homine diligenti desiderari queat. Nunc revertamur, unde digressa est oratio. Cum ergo in quolibet magistratu, cujus eo die habentur comitia à classibus quatuor electorum quatuor item cives electi sunt à singulis in quam singuli: nisi forte contingat unum aliquem à duobus, aut tribus ordinib. electorum renunciari, quod interdum accidit, sed plerumque cujusque magistratus quatuor fiunt competitores: in nonnullis tamen parvæ dignitatis, ac inferioris notæ magistratibus duo tantum fiunt competitores: duæ namque priores electorum classes jus habent eligendi, ac pronunciandi competitores, in illis minoribus magistratibus, cum posteriores classes eo jure sint privatæ, postquam magistratuum omnium competitores electi fuerint, ea quàm suprà exposuimus ratione, confestim electores dimittuntur, neque suffragari ea die cuipiam possunt, nec etjam comitiis interesse.

ac ſcriba magnus, qui (ut dixi) patricius honos non eſt, ſed tamen maximæ eſt exiſtimationis, ex ſuggeſtu magna voce pronunciat competitores primi magiſtratus: ac ſigillatim recitat, quis, & à quo electorum ordine electus ſit, necnon quo electorum auctore, & in quo ordine unuſquiq; competitorum nominatus fuerit. Quo mihi in loco illud nequaquam prætereũdum exiſtimo, legibus ſancitum eſſe, ut elector ille, quo auctore quiſque competitorum pronunciatus ac electus ſit, veluti fidejuſſor ejus habeatur: ac ſi contingat pronunciatum civem ſuperatis competitoribus voti compotem magiſtratum cũ adipiſci, quem petebat, ac in eo magiſtratu pecuniæ publicæ quippiam averterit, ac damnatus fuerit peculatus, nec ſolvendo ſit, is elector, quo auctore pronunciatus eſt, in ærarios referatur, igitur alta voce à magno ſcriba pronunciatis competitoribus primi magiſtratus, continuo pronunciati, ſi adfuerint, cum gentilib. quiſque ſuis ac maximè neceſſariis cognatis è comitio egrediuntur, & in conclaue deſtinatum ſe conferunt. ibiq; operiuntur, donec illius magiſtratus habeantur comitia. His peractis idem magnus ſcriba o-

mnes

mnes admonet, divinis atq; humanis legibus unumqueq; teneri, ut ei suffragetur, qui omnium optimus ac Reipubl. utilissimus fore videatur: deinde primum cõpetitorem nominat, à primo scil. electorum ordine electum. pro quo in suffragia eundum sit. continuo juvenes tot consurgũt, ut unicuiq; sedilium ordini bini inservi-ant. Hi urnas quasdam manibus gestant, miro artificio inter se coagmentatas, exterior est viridis, interior alba, unico fornice superius tectæ: in quem cum manum injeceris, liceat tibi in utrum volueris suffragium demittere: cum tamen nullus, etjam qui adsit, ac diligenter inspiciat, dignoscere queat, in utram urnam suffragiũ sive calculum conjeceris. nec fabis suffragantur, sed pilulis quibusdã linteis, ne qua ratione ex sono, quem cadentes in urnam fabæ facturę sint, dignosci possit, in utram urnam calculus sit jactus. nam majores nostri maximè reipubl. conducere existimavere, si libera judicia fierent: iccircoque summam operam dedere, ut suffragia quam occultissima essent. juvenes ergo illi cum suis quisque urnis invicem coagmentatis ad sedile suum cõcedunt, ac cuique civium eo quo sederunt ordine, ur-



nas offerunt. quilibet verò civis palàm o-
ſtenſo calculo manum in fornicem impo
nit, ac in utram voluerit urnam, cum de-
mittit: ſi ſuffragari velit, in interiorem al-
bam: ſi vero refragari, in exteriorem viri-
dem, ſimul in unoquoque ſedilium hac
ratione atque eo quo diximus modo, in
ſuffragia itur. Quo fit, ut brevi admodum
temporis ſpatio ab univerſo conventu
civium ſuffragatum ſit. tunc urnæ deferũ-
tur ad ſuggeſtum Principis, ibique colle-
cta ſuffragia effunduntur in duo vaſa pa-
tula, ea videlicet quæ fuerunt in urnis al-
bis, & quæ faverint, in vas candidum: at
quæ in viridibus urnis collecta ſunt ſuf-
fragia, quibus repellitur competitor ille
ab eo magiſtratu, itidem in viride vas cõ-
jiciuntur. Deinde ad conſiliarios nume-
randa deferuntur, inter quos medius ſe-
det Princeps. candidi vaſis ſuffragia, cõ-
petitori faventia, ab eis Conſiliariis nume
rantur, qui dextrò Principis latere aſſidét.
At collecta in vaſa viridi, quæ ſcilicet re-
fragantur, ab his qui ad lævam Principis
ſederint, recognoſcuntur. ſcribæ publici
Conſiliariis adſtant, ſtatimque perſcri-
bunt numerum ſuffragiorum. Interea dũ
primi ſuffragia recenſentur, eadem rati-

one

one pro ſecundo in ſuffragia itur, qui è ſecunda electorum claſſe fuerit electꝰ. Deferuntur itidem ſuffragia ad Conſiliarios, numerant illi, ſcribæ autem numerum ſuffragiorum ſcriptis mandant, ſic pro tertio, ac demum pro quarto, ſi tot fuerint competitores, in ſuffragia itur. Numeratis ſuffragiis, is qui plurima tulerit, dummodo dimidia excedant, pronunciatur electus à magno ſcriba, quum peractis omnium magiſtratuum comitiis conſilium dimittendum eſt. Sin autem ejus magiſtratus competitorum nullus plura ſuffragia quàm dimidia omnium tulerit, præteriti hi omnes habentur, differturque electio ad altera comitia. Poſt primi magiſtratus comitia peracta, pronunciantur nomina electorum in ſecundo. diſcedunt in conclave competitores cum gentilib, ac cognatis. At illi qui concluſi erant, primorum ſcilicet competitorum gentiles atque cognati, in comitium redeunt. Eadem ratione nulla in re diſpari à priori, eodem ordine itur in ſuffragia pro ſecundi hujuſce magiſtratus competitoribus atq; item numerantur à Conſiliariis. is electus habetur, qui ſuffragiis alios ſuperavit, dummodo plura dimidiis ſint. ſic pro ter-

nas offerunt. quilibet verò civis palàm ostenso calculo manum in fornicem imponit, ac in utram voluerit urnam, cum demittit: si suffragari velit, in interiorem albam: si vero refragari, in exteriorem viridem, simul in unoquoque sedilium hac ratione atque eo quo diximus modo, in suffragia itur. Quo fit, ut brevi admodum temporis spatio ab universo conventu civium suffragatum sit. tunc urnæ deferũtur ad suggestum Principis, ibique collecta suffragia effunduntur in duo vasa patula, ea videlicet quæ fuerunt in urnis albis, & quæ faverint, in vas candidum: at quæ in viridibus urnis collecta sunt suffragia, quibus repellitur competitor ille ab eo magistratu, itidem in viride vas cõjiciuntur. Deinde ad consiliarios numeranda deferuntur, inter quos medius sedet Princeps. candidi vasis suffragia, cõpetitori faventia, ab eis Consiliariis numerantur, qui dextro Principis latere assidét. At collecta in vasa viridi, quæ scilicet refragantur, ab his qui ad lævam Principis sederint, recognoscuntur. scribæ publici Consiliariis adstant, statimque perscribunt numerum suffragiorum. Interea dũ primi suffragia recensentur, eadem rati-

one

one pro ſecundo in ſuffragia itur, qui è ſecunda electorum claſſe fuerit elect⁹. Deferuntur itidem ſuffragia ad Conſiliarios, numerant illi, ſcribæ autem numerum ſuffragiorum ſcriptis mandant. ſic pro tertio, ac demum pro quarto, ſi tot fuerint competitores, in ſuffragia itur. Numeratis ſuffragiis, is qui plurima tulerit, dummodo dimidia excedant, pronunciatur electus à magno ſcriba, quum peractis omnium magiſtratuum comitiis conſilium dimittendum eſt. Sin autem ejus magiſtratus competitorum nullus plura ſuffragia quàm dimidia omnium tulerit, præteriti hi omnes habentur, differturque electio ad altera comitia. Poſt primi magiſtratus comitia peracta, pronunciantur nomina electorum in ſecundo. diſcedunt in conclave competitores cum gentilib. ac cognatis. At illi qui concluſi erant, primorum ſcilicet competitorum gentiles atque cognati, in comitium redeunt. Eadem ratione nulla in re diſpari à priori, eodem ordine itur in ſuffragia pro ſecundi hujuſce magiſtratus competitoribus atq; item numerantur à Conſiliariis. is electus habetur, qui ſuffragiis alios ſuperavit, dummodo plura dimidiis ſint. ſic pro ter-

tio, item deinceps pro quarto, hoc demũ in omnibus aliis magiſtratibus ſervatur. Comitiis confectis, electorũ nomina magna voce pronunciantur à ſcriba magnó, poſtea dimittitur Conſilium: neque omninó ultra ſolis occaſum protrahi comitia queunt. Quòd ſi ea ſolis occaſus intercceperit, ſtatim renunciatur, qui ad eam horam fuerint electi: eorum, qui ſtant, nulla ratio haberi poteſt. Itaque beneficio, quod eis cum ſors, tum electorum claſſes attulerant, excluſi tempore, minimè frui queunt. fuitque hoc ſumma ratione decretum. nam haud facile factu eſſet, ſi res in noctem protraheretur, ut tam magna civium multitudo à magiſtratibus, qui comitiis præfecti ſunt, in officio contineri poſſet, ut tenebris faventibus non aliquid contra leges agerent: iccirco majores noſtri ſapientiſſimi viri, qui eximia prudentia, & animi ſolertia omnia proſpexiſſe videntur, ſtatuere ultra ſolis occaſum comitia ne protrahi liceret, neve ullo pacto lucernam ullam in atrium illud inferri, dum comitia haberentur. Hæc eſt omnis comitiorum habendorum ratio. in qua minimè eſt prætereundum, ita inter cives diſtribui magiſtratus, ut tamen duo ejuſdem

dem gentis, aut etjam consanguinci maxime necessarii in eodem magistratu esse non possint. Quemadmodum neque iisdem comitiis duo gentiles, aut agnati, maxime necessarii, sortis beneficio electores esse queunt, ut supra ostendimus, quod summa quidem rationc statutum est, ut scil. jus publicæ potestatis ad plures pertineat, non autem ad paucos necessarios cótrahatur. nam hi potestatem adepti moliri aliquid facile possent, rempublicamque turbare, plurimi præterea, honorum facti expertes, rempublicam oderint, rebusque novis studeant, necesse est. Eam vero rempublicam quam pars civium, eaq; magna non probat, diutius consistere posse, non videtur esse valde sperandum. magis auté reipublicæ proprium nihil prorsus est, quam publicam potestate ad plures pertinere: nam cum respublica ex iis plane civibus constet, quos inter summa sit æqualitas, ut in honoribus adipiscendis dispares sint, minime convenit. Etenim paucorum statum, quem Græci ὀλιγαρχίαν dicunt, facile constituunt, qui jus publicum contrahunt ad paucos necessarios. Quamobrem in republica Veneta ita magistratus inter cives distribuun-

guntur, ut quoad fieri possit, omnes familiæ agnationesque honorum, munerumque Reipublicæ sint participes: ea tamen ratione, ut non quivis, sed hi tantú viri, qui & probitate & prudentia excellunt, Rempublicam administrent, ac muneribus publicis fungantur. Prior illa institutio populare quiddam sapit: altera vero optimatium gubernationem, quare luce clarius intueri licet, omnes rectas gubernationes civitatum in hac una Republ. esse commistas. nam quamvis hoc magnum Consilium speciem quandam referat popularis status, nihilominus in eo perspicitur commistam esse rationem optimatium gubernationis cum populari, ná sorte eligi magistratus, populare est, in eo enim statu civitatis justum atq; æquum æqualitate Arithmetica metiuntur: atque ita reputant, quum unusquisque è populo unus sit civis, & liber, ac paribus paria debeantur, unumquéq; ex populo pari jure ac commodo frui debere in República: neque esse causam, cur alius minus alio magistratus consequi possit, quum vero omnes simul nequeant imperare, sed per vices, æquum esse existimant, ut res sorti committatur, utque imperent ii, quib. illa fave-

ſaverit. Contrà in paucorum potentia, quæ aberrat à Republ. optimatium, uſu venit. quippe arbitrantur, cum imparibus imparia debeantur, divitesque ſuperent alios cives copia rei familiaris, eis quoq; ſupremos honores deberi. in quo utrique falluntur, longeque à vera ratione recedunt: licet veriſimili nitantur. nam quod inquiunt, paribus paria, aut imparibus imparia deberi, recte ſtatuunt. In eo vero, quod paritatem priores numero tantum, poſteriotes imparitatem ſolum divitiis metiuntur, protuldubio perperam judicant. Etenim qui numero pares ſunt aliqua in parte pares ſunt, non omnino pares. Et qui divitiis impares, non omnino impares cenſendi ſunt, ſed aliqua tantum ratione impares. Verùm cum civilis ſocietas ad benè vivendum ſit inſtituta, virtus ſola diſcrimen hoc efficit. His ergo qui virtute præſtant, tanquam imparibus ac potioribus, ſupremi etjam honores in Republica debentur: æqualib. vero vir tute ac civili induſtria, æquales etjam hono res. hic modus, hæc norma optimatiũ eſt. Sicuti ergo populare eſt, uti ſorte in electoribus conſtituendis: ita eſt optimatiũm, ut is qui virtute præſtare judicio conſi-

ſilii exiſtimatus fuerit, potior habeatur, ac reliqui repulſam ferant, qui indigniores habiti ſint. Qua ex re facile perſpici reor, in hac comitiorum habendorum ratione commiſtam eſſe cum populari ſpecie optimatium formam: eo tamen temperamento, ut id quod eſt optimatium, ſuperet rationem popularem: nam ſors in electoribus tantum conſtituendis dominatur: cujus poteſtatis nequam etjam homines reipublicæ abſq; detrimento compotes eſſe queunt, parq; jus habere cum optimis civibus, at in mandandis honoribus nil ſortis eſt, totum in electione & judicio poſitum eſt. Quo in loco non omittendum illud inſtitutum cenſeo, in comitiis magiſtratuum, qui exigunt viros præcipuâ quadam bonitate ac ſolertia præditos, quatuor ordinibus electorum, de quibus ſupra memini, ſenatum velut quintũ ordinem explere. nam dum ordines illi in conclavibus ad hoc munus deſtinatis eos pronunciant. quos voluerint competitores, ſi fiant comitia cujuſpiam horũ, quos dixi, magiſtratuum, cogitur Senatus in minus atrium: ibiq; unicuiq; Senatori licet eum, quem voluerit, in certis illis magiſtratibus nominare, pro quibus in ſuffragia,

gia itur. at is qui plura attulerit, pronunciant electus Senatus scrutinio fitq; quintus competitor. Quamobrem liquido appret, præstantiorem esse in nostra Republica formam optimatium, quàm status popularis. Cæterum hujuscemodi comitiorum modus, ac ratio satis hactenus diligenter à nobis exposita est. Accedamus ad eam reipublicæ partem, veluti in fidibus ad constituendam διαπασῶν consonātiam vox gravis proportione quadam acutæ respondet, sic etjam specie quadam regia parti populari respondeat, ac demū in unum concentum optimæ reipub. injectis mediis magistratibus, coalescat.

SSSSSSSSSSSSSSSSSSSSSS

LIBER SECVNDVS.

NULLUS est, qui ignorat Principem in urbe Veneta personam regis, ac speciem regiæ gubernationis p̄seferre, ideo non absq; ratione, postq̄ is à nobis cōventus civiū est descriptus, q̄ populi formā habeat; si nō satis pro rei ipsi⁹ dignitate, pro tenuitate tamē nostra nō indiligēter: sequitur ut explicare aggredia-

diamur, qua ratione ducti majores nostri, optimi atq; sapientissimi homines, Principem unum reipublicæ præesse voluerunt, tum vero quib. temporibus ac qualis fuerit hujus Principis præficiendi origo. Neminem puto latere, id quod à nobis sępius hoc toto opere est repetendũ, civitatem civilem quandam societatem esse, quæ per se sufficiat ad bene beateque vivendum. Omnem vero societatem unitate quadam contineri, quis ambigat? cōtrà autem distractione solvi. Quo effectum est, ut discordia civilique dissidio, maximæ & opulentissimæ civitates brevi corruerint, funditusque eversæ sint. unitas vero commodè contineri non potest, nisi ab uno, qui multitudini civium ac universis magistratibus, quibus certæ quędam functiones sint demandatæ, pręsit, atque multitudinem quodammodo diffluentem colligat, atque in unum conciliet. quod philosophi summi ac præcipui naturæ indagatores, cum in universi constitutione, tum etjam in microcosmo hoc, id est animali, animadvertere. Nam perspexerunt in hac rerum universitate multos ac difformes motus, prout scilicet uniuscujusque natura fert, ab uno cœ-

lesti,

lesti, ac diuturno contineri, omnes etjam causas ab una prima omnium causa: demũ in uno animali plurima ac longè diuersa membra, quorum functiones variæ diffor mesq; sint, una tamen amica & unico mẽbro, corde scilicet, comprehendi, atque in unitatem quandam colligi. pari propemodum ratione multitudo civium ni ita fuerit legibus instituta, ut unum quempiam præsidem velit, cui bonum commune omniũ, ac unionis civilis conservandæ cura præcipuè incumbat, quo uniuscuiusque civis, tum privati, tum magistratu fuugẽtis actiones, tanquam ad vltimum finem & præcipuum referri debent; nimirũ diutius non poterit conservari, sed in diversas partes distracta decidet, quod ut nullius civis culpa aut injuria contingat, ex singulorum quidem sedulitate circa propriũ privatumq; munus accidere necesse erit, cum commune bonum nulli præcipuè sit demandatum. age rem spectemus in rei frumentariæ præfectis. hi potissimum in hanc curam incumbent, ut opera sua magna frumenti copia ex omnib. partib. invehatur in urbem, sitq; tritici annona vilis. At hoc fortasse publicis vectigalibus officiet. Navalis quoq; rei præsides, quod

pulcherrimum habemus non dissimili ratione maximè studebunt, ut quam plurimas triremes ædificent, omnibusque bellicis & nauticis instrumentis exornent egregiè, atque pecunias publicas undique coactas in eum usum expendant: ex qua forsitan sedulitate reliqui reditus publicis, & reficiendis arcium & oppidorum mœnibus, & custodibus regionum satis esse non poterunt, quamobrem solutis cópagibus respublica distracta dilabitur, non vitio, sed studio civium, dum quisque per quam egregiè munus suum obire studet. quod si hisce incommodis effici videtur, ut operæ pretium sit boni communis curam alicui præcipuè demandare; cujus nullum sit certum quoddam officium, sed solum moderetur, & dirigat cujusque functionem ad commune bonum, & ad reipublicæ unionem· pluribus æquè hoc negotium committi non reor expedire civitati. Etenim id, quod pariter plures curant, omnes pariter negligunt, ut inquit Aristoteles, neq; si quid perperam agatur culpa, potest in unum quendá præ aliis conferri. ut interim omittam æmulationem ac simultates, quæ inter pares plerunque esse solent. sin vero unus huic

rei

rei præficiatur, qui temporaneum hunc magistratum gerat, utputa annuum aut semestrem, non autem quoad vixerit: hic nimirum bene secum agi putabit, si tantisper Respublica fœliciter agat, donec defunctus fuerit magistratu, securus quid postmodum sit eventurũ, ac quo res casura sit. Quare contingit, ut malè plerunq; res cedat. Id quod certissimo experimento compertum esse potest, à plerisque rebuspublicis sumpto, quæ hoc gubernationis genere nostris temporibus usæ sunt. Ideo à nostra civitate sapientissime institutum fuit, ut in hac republica constitueretur quædam species regiæ gubernationis, adeo legibus temperata, ut quovis incommodo ac periculo, quæ reipublicæ imminere possent, amoris, utilitate vero & cõmodo, quod regia gubernatio habere solet, ascito; nihil relictum esse videretur, quod esset desiderandum, ac simul remp. liberrimam, & regem præsidem haberemus. Unus ergo Princeps eligitur, qui etjam habet Ducis nomen. is quoad vixerit, reipublicæ præest: præcipue curam boni communis habet: quo maximè civitates contineri superius à nobis efficaci ratione probatum esse reor. Hujus nulla

certa functio tamen eſt in univerſa republica, cujus expers eſſe debeat. hic cum unumquemq; privatum, tum etjam quoſcunq; magiſtratus ita debet in officio cõtinere, atque ea ratione moderari, ut veluti quadam harmonia omnia conſonent communi bono, atque ad unionem civilem referantur: ne qua ſcilicet functio aut nimia ſedulitate magis quàm opus ſit intenta, aut negligentia remiſſa utilitati cõmuni officiat. hoc igitur eſt Principis munus, ut tanquam in quadam reipubl. ſpecula poſitus conſpicetur, quid unuſquiſq; rerum agat, præſertim qui publica auctoritate ornati fuerint: ac ſi quem perſpiciat, qui officio ſuo deſit, accerſitum coram univerſo collegio verbis primũ caſtiget, ac ſi res ita tulerit, adhibitis Advocatoribus, ſeu Xvirum præfectis, mãdet culpam ejus dignoſci, ac de conſilii ſententia puniri. Ipſe quoque Dux ſi velit, tum Advocatoris, tum præfecti decemvirum auctoritate uti poteſt, atque de cujuſque crimine, & de mulcta infligenda ad conſilium referre. Id quo more fieri ſoleat, infrà docebimus, quum de judiciis criminum agemus. Eam enim Princeps obtinet poteſtatem, ut in quovis civium collegio ſeſe adjun-

jungere collegam possit magistratui præsidi, parque cum aliis præfectis jus habeat: ut hac potissimum ratione omnib. cõsulere queat, verùm potestas hæc adeo est legibus contracta, ut nihil solus possit, aliis magistratibus adjunctus non amplius auctoritatis obtineat, quàm quivis unus eorum, qui eo magistratu fungũtur. Quin etjam magistratuum jus adeo modicum est, ut nullus quamvis summus sit, quidquam statuere possit, quod alicujus momenti haberi debeat, nisi de consilii sententia. sed de his suo loco luculenter dicetur. In quovis præterea consilio Prrnceps unius tantum suffragii tanquam unus ex illis jus habet. in magno item consilio in conventu omnium civium dum comitia magistratuum fiunt, neque gentili, neque consanguineo competitori suffragari potest, verum eodem pariq; jure cum omnibus utitur. Ex his igitur puto quemcunq; facilè intellecturum, Venetorum Principi omnem ademptam esse facultaté Principatu abutendi, & pro tyranno se gerendi. Quæ res diuturna, vetustissimaq; consuetudine, à primis originibus urbis ad hæc usque tempora perducta, adeo inolevit, ac confirmata est, ut nihil minus urbi

Venetæ timendum ſit, quam Principem reipublicæ libertati ullum unquam negotium faceſſere poſſe. Verum enimvero, cum maximos labores, atque ingentẽ ſollicitudinem animi ni aliqua tanquã merces adderetur, univerſi rejecturi eſſent, poteſtatis diſpendium Principi repeſum eſt, adhibitis honore, dignitate, ac ſpecie regia. Nam ornatus corporis regius eſt, purpurea enim veſte aut aurea ſemper utitur. Capite geſtat velamen linteum pro regio Diademate: id ſupra geſtat capitium purpureum, limbo aureo ornatum, cujus pars, quæ occiput tegit, in cornu formam aſſurgit, ſedẽ in ſuggeſtu habet veluti regiam. omnes cives tum privati, tum magiſtratum gerentes, detecto capite, ac ſtantes, ſedentem Principem alloquũtur, honoris hac tempeſtate præcipuum ſignum. Nulli Princeps aſſurgit. publicæ literæ omnes ſub nomine ipſius prodeunt, obſignanturque. Orator quivis, prætor, præfectus, aut quilibet alius, qui ad Senatum ſcribere voluerit literas, ad Principem deſtinat: decretorum, legum ac Senatuſconſultorum promulgationes nomine Principis fiunt. Nummi omnes tam aurei, quam argentei cum nomine, atque imagine

gine Principis excudantur. Tandem ut paucis absolvam, ubiq; regis speciem intueri possis, potestatem nusquam. Sapientissime hoc quidem in republica Veneta, ut cætera omnia, constitutum fuisse, nullus sane mentis inficiari ausit. Nam hac honoris mercede laboriosum alioquin Principis munus rependitur, quod solum virtutis præmium esse vulgus prædicat, & summi Philosophi prodidere. Ex quibus Aristoteles in Ethicis inquit. Quum hi qui rectè & sanctè magistratum gerunt, non suæ sed aliorum utilitati consulant, nulla alia ratione æquum eis præmiú tribui posse, prçterquam ut honore alios antecellant. Præterea hujusce Principis dignitas in primis facit, ut omnes cives & castigationem ejus maximè vereantur, & injuncta munera majori sedulitate perficiant. Adjuncti sunt Principi sex Consiliarii, ex senis tribubus, in quas divisa est universa civitas, delecti ex singulis scilicet singuli. hi octimestrem magistratum gerunt, perpetuoque assidet Principi omnia cum Principe audiunt, nullæ literæ publicè exeunt, nisi ex sententia quatuor Consiliariorum, qui etjam nomina sua literis ascribunt, non his tamen quæ prodeunt,

ſed illis quas ſcribæ reipublicæ primum ſcripſerunt, atque poſt exempla edita ſervant. in qua quidem re illud haud quaquã eſt prætereundum, haſce literas quæ non ex decreto Conſilii, ſed juſſu Principis & Conſiliariorum datæ ſunt ad quempiam, ut res parvi momenti, modicæ eſſe auctoritatis. ſanè illud ſæpius nobis repetẽdum eſt, omne jus, omnemque poteſtatem cõſiliariis eſſe duntaxat attributam: nullum vero magiſtratum per ſe amplam poteſtatem obtinere. ſed de Conſiliariis infrà dicetur. nunc ad Principem, ſeu Ducem, quidem oratio redeat. Hac igitur ſpecie regia Principi adfixa, quoniam plerunque contigerat, ut privatæ opes ſatis non eſſent ad tuendam eam dignitatem, atque ad eum locum honeſtandum, ex publico ærario conſtituta ſunt in ſingulos annos Duci tria millia & quingenti aureorum nummum, ac ne fortaſſe quiſquam paulo avarior, in rem familiarem neglecta dignitate atque utilitate publica, eam pecuniæ ſummam convertat, injuncta ſunt illi munera quædam, quæ ſuis impenſis obeat, ſuæque ipſius dignitati & uſui Reipublicæ conſulat. quæ ſi ut pecuniis parcat, negligat, heredibus adeo ingens pecuniæ

mul-

mulcta est imposita, ut dum rei familiari augendæ Princeps studere velit, & hæredibus prodesse, magnam ejus jacturam faciat, si ob avaritiam dignitati suæ desit: hæreditariam quandam præterea ignominium & dedecus posteris relicturus. Complures stipatores alit, inermes tamẽ: sericis vestibus semper utitur: domum habitat aulæis mirificè instructam, supellectilis argenteæ copiam habet, cæteraque id genus, quæ Principi viro conveniunt. Singulis annis quater prandium parat, sexaginta & amplius civibus, laute atque opipare instructum. qua in re pervetustũ Lacedæmoniorum morem atque Cretensium (quorum respublicæ illustres fuere) moderatum tamen, majores nostri in hác nostram rempublicam transtulere. Nam quia summopere conducebat ad benevolentiam civium conciliandam, conventus civium frequens, convivia quædam publica impensis ærarii fieri voluerunt, tum Lacedæmonii, tum Cretenses, ad quę cum cives convenirent, & unusquisque facilè quemvis dignoscere poterat, & necessitudine quadam arctiori ex consuetudine illa communi invicem vinciebantur. Verum cum omnes promiscuè convenirent,

necesse erat plerunque in conniviis illis turbas, ac tumultus excitari: quumque ii quorum ea cura erat, pro se quisque cives lautè excipere vellet, pecuniæ publicæ magnam jacturam faciebant. Quapropter correctione quadam modoque adhibito vetus illud institutum etjam ad Venetos deductum est, omneque id negociū principi demandatum. Quater ergo singulis annis cives à Principe adhibentur, lautis sanè sed non invidiosis epulis. nec unusquisque promiscuè accedit, sed hi tantum quos princeps asciverit, præter Consiliarios & Advocatores, præfectos quadraginta virum, ac decem virum præsides, qui jure quodam eorum magistratuum semper conviviis principum intersunt. cæteri cives omnes invitati accedunt. Hac autem ratione quatuor hæc convivia distributa sunt, ut seniores digniores que cives invitati, circa brumam die divo Stephano protomartyri dicato summo mane conveniāt in ædes publicas, habitationi Principum destinatas, ac solenni pompa domo Principem deducant in ædem divi Marci: simulque ibi sacris intersint, quib. peractis ad ædes suas Principem reducāt, ibique simul epulentur. Aprili etjā mense

die

die Marci Evangelistæ, cujus numen Veneti præcipuum habent, & quem patronum sibi asciverunt, posteaquam corporis ejus reliquiæ ex Alexandria, illustri urbe Ægypti, Venetias delatæ sunt, cives ætate & dignitate minores invitati à Principe, eodem more ac pompa celebratis sacris ad Principis prandium se conferunt. Ascensionis quoque die festo, quo die nundinæ Venetiis fiunt, adhibentur à Principe hi, qui virilem ætatem attigerunt. Hi item summo mane deducunt domo Ducem, unaque cum eo navem conscendunt quam ornatissimè ad hos usus constructam, quam Veneti Bucentaurum vocant: post quam vero æstuaria sunt egressi, cum primum liberum apertumque mare intueri licet, antiquorum Pontificum beneficio, qui hanc rempublic. pro rebus quamplurimis fortiter & egregiè gestis contra communes nominis Christiani hostes, honestare voluerunt, Princeps jacto annulo aureo in mare, inquit totidem ferè verbis, se in signum veri perpetuique imperii eo annulo mare desponsare. his adduntur ab urbis præsule cærimoniæ quædam, quibus peractis descendunt in ædem divo Nicolao dicatam, vetustam

ſanè, & quæ in littore condita eſt, quod mare ab æſtuariis diſterminat. ibi ſacra myſteria celebrantur, quibus ritè peractis, conſcenſa rurſus navi, Venetias reverſi, Principem domum reducunt, ſimulque convivantur. Quarto epulæ pertinent ad juvenes cives, qui duodecimo Calendas Julias die dicata Vito & Modeſto Martyribus, ſolenni pompa cum Principe ad eorum Templum accedunt, quod quidem Templum ultra rivum magnum, qui urbem mediam dividit, eſt ſitum, qui quidem rivus ponte jungitur ſupra triremes ædificato pro temporis ratione, ne immẽſo ferè circuitu iter illud cõficiendũ ſit. Templũ igitur inviſunt, ſacris interſunt, ac demũ à Principe domũ reducto lauto ſanè excipiuntur convivio. Atque ad has epulas frequenter adhibentur ſaltatores, mimi, cantatores egregii, qui convivas oblectent, intermiſcentur interdum ludi nonnulli, quibus mirificè ſpectatores tenentur. Sic igitur vetus illud inſtitutum in Venetam Rempublic. conceſſit, moderatum tamen. nam hac ratione cujuſcunque ferè ordinis cives, pares tamen cum paribus, ad epulas accerſuntur, ſicque cum dignitati Principis, tum

et-

etjam maximè conciliandis invicem civibus egregiè consultum esse videtur. Cęterum, quoniam cives patricii singulo quoque anno hisce epulis honestari non queunt, ne ullus præteritus videatur, veteri instituto ac lege constitutum est, ut hyeme unicuique civi, qui in majori consilio suffragandi jus habeat à Principe mittantur quinque marinæ anates, veluti convivii quędam publici portio, quod etjam ad conciliandos cives Duci, non parum adjuvare censeri potest. Hisce impensis insumitur magna pecuniæ pars, quæ ex ærario Principi quotannis numeratur. Quo fit, ut etjam si propter avaritiam velit, nequeat tamen Dux ullis avaratiæ sordibus fœdare dignitatem, atque amplitudinem loci quem tenet. Hoc loco quoniam ferè omnis potestas, atque auctoritas Principis est à nobis explicata, referre operæ pretium est, quo initio quibusve temporibus Ducis hujusce creandi Venetiis cősilium initum fuerit: ac demum, quænam sit ratio comitiorum in Duce eligendo. A prima statim urbis origine cum nobilissimi quiq, Venetæ provinciæ cives, Aquileja, Altino, Concordia, Opitergio, Patavio, ac plerisq; aliis urbibus amplissi-
mis

mis atq; opulentiſsimis, Hunnorum impetu everſis; qui rege Attila Duce maximam Italiæ cladem attulere, in ea æſtuaria maris Adriatici conveniſſent, in quibus poſtea Veneta urbs condita eſt, ac in vicinioribus patriæ locis,quam liquerant unuſquiſq; ſedes ſuas poſuiſſent, ædiſicata fuere circiter duo & viginti oppida, partim in littore eo, quod interiora æſtuaria claudit,partim in tumulis quibuſdā, qui ex æſtuariis eminebant. ac primis initiis cum ea oppida, neque per ſe ſatis munita eſſent,neque navigiorum copia alicui oppido tanta ſuppeteret,ut piratis & prædonibus pro ſe quiſque obſiſtere poſſet,optimum fore cenſuere,ſi de omnibus in commune conſulerent, cum omnium eadem etjam fortuna eſſet: ac communi conſilio proſpicerent,cum annonæ, tritici, vini, frugumq; omnium, quæ victui neceſſariæ ſunt, tum maximè propriorū larium ſecuritati: ne quam iniuriam ſeu detrimentum acciperent à piratis, quibus nondum ſatis oppidis munitis expoſiti erant. Quamobrem cum prius unūquodque oppidum præfectum ac præſidem ſibi ex ſuis civibus delegiſſet, quē Tribunū vocabāt, cōſtitutū eſt inter ōes,

ut

ut certis diebus Tribuni hi convenirent, ac de re communi decernerent. Paulo post compertum est, cum ulli nemini pręter cæteros cura hæc incumberet, ac propterea multa incommoda paterentur, cómodissimam & utilissimam rem omnib. fore, si unicuipiam communis boni procuratio demandaretur, quem omnes alii uti Principem agnoscerent. Itaque decretum est omnium oppidorum consensu, ut Dux seu Princeps unus elegeretur, huic principio constituta est sedes in oppido Heraclea nuncupato. situm id erat in intimis æstuariis, in insula quadam iuxta Plavis fluminis ostium, quę nostris temporibus alluvione fluvii continenti conjuncta est. Postmodum vero cum locus is non satis idoneus videretur: nam cum in recessu eo esset, sæpenumero priusquam mali fama eo pervenisset, piratæ jam intra æstuaria penetrarant, ac vel imprudétes oppidanos oppresserant, vel navigia diripuerant: iccirco statuerunt satius fore, Principem relicta Heraclea Melamochũ concedere, oppidum in medio littore situm, ex quo Dux facile præsentire posset, si quid insidiarum à piratis strueretur, ac parvo negotio adesse ubicunque

opus

opus fuiſſet. Demum quo tempore Pipinus cladem & ſervitutem initiis illis & quaſi elementis Venetæ urbis minabatur, cum omnes Rivoaltum ex omnibus oppidis conceſſiſſent, Principis etjam ſedes eò loci translata eſt; quo cunctis oppidanis convenientibus in eam amplitudiné, quam cernimus Venetiæ excrevere. ſic igitur perpetuo quodam tenore à primis ſtatim urbis originibus unusPrinceps reipublicæ Venetæ præfuit. primi illi aliquanto majoris auctoritatis fuere. poſtea vero uſu docente paulatim ſanctioribus inſtitutis,ac legibus poteſtas Principis ad hanc,quam cernimus, temperationem deducta eſt. Ratio vero eligendi Ducis,qui priori vita functo ſucceſſurus ſit, primum quidem ſimplex fuit, nam cum majores noſtri ſingulari quadam bonitate præditi,atq; ab ambitione penitus alieni eſſent, unuſquiſq; pro ſe eam ſolicitudinem recuſabat.quapropter acclamatione populi,is qui omnium optimus ac prudentiſſimus haberetur, Princeps renunciabatur. Poſt prima ea tempora aucta civitate & populo ampliore effecto, inutile fore reipublicæ viſum eſt,ſi temeritati atq; auræ populari res tam magna committeretur,

decretum itaque est, ut eligerentur undecim viri omnium probatissimi, qui creandi Ducis potestatem haberent. deinde quum aliquantum simul cum imperio etjam ambitio excrevisset, instituta sunt nova quædam atque inusitata comitia, ac perplexa quædam Ducis eligendi ratio inventa. hanc nos, ne quid incepto operi desit, paucis exponemus. Defuncto Principe ac justis piè honorificeque persolutis, Consiliarii, qui inter regni illius tempore se in sedes publicas habitationi Principis destinatas continuò post Principis obitum receperunt, magnum Consilium vocant. in eo primo post interitum Ducis conventu, ea ratione comitiorum quam suprà narravimus, quinque cives creantur, qui defuncti Principis res gestas diligenter scrutari debeant, ac de Consilii sententia, si quid ab eo contra leges ac decreta sit factum, rescindant. si à quopiam etjam munus acceperit, ac statutæ pepercerit impensæ, ea quinque hisce referentibus irrogatur hæredibus à Consilio mulcta, quam leges jusserint. Pecuniaria ea est. eaque summa æris de hęreditate Principis publicatur, atque in ærarium refertur. Eisdem comitiis eliguntur quinq; alii

E cives,

cives, qui eodem momento quo renunciati ſunt, recipiunt ſe in conclave comitio adjunctum: neque inde diſcedunt antequam inter eos re conſultata, ſtatuăt quid ipſis de poteſtate Principis detrahendum, aut addendum videatur. Re inter eos diſcuſſa, iterum cogitur conſilium, quo coacto egrediuntur illi è conclavi, (nam prius non licet) ac ſuam quiſque ſententiam ad conſilium refert de Principis jure, atq; univerſis civibus diſceptantibus ſuffragiis decernitur, id quod maximè Reipublicæ uſui fore viſum fuerit. Id decretum inter leges. quas Principes ſervare debeant, ſtatim refertur. conſtituta Principis poteſtate, poſtridie initur perplexa illa comitiorum ratio, quibus Princeps creari ſolet: conveniunt cives omnes, qui triginta annos exceſſerint, nam juniores eaque ætate minores veteri Reipublicæ inſtituto ad ea comitia non admittuntur. numerantur deinde univerſi cives, ac totidem globuli in urnam conjiciuntur, quot cives fuerint. ex his triginta ſunt aurei, cæteri omnes argentei ea urna ſtatuitur ante ſuggeſtum comitii, ubi Conſiliarii conſident. adſtat urnæ puerulus, qui ſortes educat. ſubſella civium vocantur. ad eam urnam

nam accedunt omnes eo, quo ſederunt, ordine, nullus tamen quod in aliis comitiis fieri conſuevit, in urnam manum imponit, ſed puer qui aſtat, pro ſingulo quoque globulum unum educit. Ii, quibus argenteus obtigerit, ſtatim egrediuntur è comitio. at is cui ſors faverit, educto aureo globulo, à ſcriba alta voce pronũciatur. Continuo ille in certum conclave ſecedit: ejus vero gentiles & conſanguinei omnes arcta neceſſitudine conjuncti ex ſuo quiſque loco aſſurgit: univerſique in partem atrii concedunt. numerantur ibidem, ac totidem globuli argentei ex urna eſtrahuntur: exceduntque hi ex comitio. hoc pacto triginta, quibus ſortis beneficio aureus globulus obtigerit, deligũtur ex univerſo civium cœtu. quo peracto Conſilium dimittitur. Poſtquam omnes diſceſſere, triginta illi è conclavi egrediuntur, ac coram Conſiliariis denuo ſortem ſubeunt, ita ut novem quibus ſors faverit electores fiant, cæteriſq; dimiſſis in conclave ſecedũt, huic muneri deſtinatũ: ibique ſoli concluduntur, nullo prorſus, ne miniſtro quidem admiſſo: nulli copia fit eos alloquendi, neq; inde diſcedere poſſunt, priuſquam quadraginta viros elegerint:

rint: nullusq; referri potest ab eis electus, nisi sex suffragia tulerit. quo fit, ut quatuor refragantibus nullus electus pronunciari queat. quum primum quadraginta hosce viros elegerint, per internuncium custodem ac janitorem publicum certiores Consiliarios faciunt se munus suum obiisse. evestigio Consiliarii, nisi hora diei fuerit valde intempestiva, consilium magnum vocant. Postquam cives omnes in curiam convenere profertur syngrapha ex cõclavi, in qua nomina descripta sunt civium electorum. Ac scriba primus ascenso suggestu magna voce pronunciat quadraginta designatos cives, horũ quisque si interfuerit, cum primum audierit se pronunciari, à loco ubi consederat surgit, & ad suggestum Consiliariorum, indeq; in conclave destinatum concedit. sin autem eorum quispiam absens fuerit confestim ab uno ex Consiliariis, item ex quadraginta virum præfectis, vel per totam urbem conquiritur. Iuventus primum ab iisdem magistratibus in comitium, deinde in conclave ad collegas deducitur, nulla interim aliquem conveniendi aut alloquendi data facultate, ne ulla ambitioni occasio, aut aditus in his comitiis concedatur,

datur, quæ ſanctiſſima omnium majores noſtri eſſe voluerunt. hac ratione quadraginta cives deſignati de improviſo conveniunt, ubi convenerint, eveſtigio dimittitur conſilium. tunc quadraginta hi egrediuntur è conclavi, atque in atrium comitii ampliſſimum Conſiliarios adeunt: ibique eodem ſortium modo, quem ſuprà oſtendimus, duodecim ex ipſis decernuntur, viginti & octo qui ſuperſunt ex quadraginta viris repudiatis. hi duodecim viginti quinque viros eligunt, quorum quiſque neceſſe eſt, ut octo ſuffragia ferat, paucioribus nanque nullus eligi poteſt. re expedita Conſiliarios per internúcium admonent hi ſi tempeſtiva hora fuérit, conſilium cogunt, eodemque modo viginti quinque illi de improviſo coguntur ac demiſſo cõſilio eodem genere ſortis novem eliguntur, ſexdecim reliqui diſcedunt. novem hi quadraginta quinque creãt, ſenis item ſuffragiis: qui pari pacto coacto conſilio à ſcriba pronunciantur, & in conclave coguntur. ii ſortis ejuſdem beneficio rediguntur ad undecim, qui eligunt quadraginta & unum, omnes viros ex primariis Senatoribus. qui ſubito ut pronunciati fuerint, ſecedunt in atrium

destinatum: hique Ducis deligendi facultatem obtinent. non tamen duos ejusdem familiæ aut arcta necessitudine conjūctos in hanc electorum classem admitti leges sinunt, qui mos perpetuus est apud Venetos in omnibus magistratibus. Tam perplexam & multiplicem eorum comitiorū rationem majores nostri viri sapientissimi, atque optimi homines esse voluerunt, ne civium multitudo omnino expers esset potestatis Ducis creandi. Nam primi ordinis electores sorte fiunt, quæ omnib. civibus communis est. post eum ordinem miscuere sorti electionem, ita tamen ut electio sortem antecelleret. nulli enim favere sors potest, nisi judicio prioris ordinis fuerit comprobatus. at in postremo ordine à sorte recesserunt. statuerunt enim, qui Principem electuri essent, non esse omnes sortium temeritati committendos: ideoque neq; multitudo omnino expers est hujusce auctoritatis, neq; etjam prorsus jus hoc multitudini imperitæ tributum est, apud quam plerunque plus inanis quædam aura, quàm optimorum ac sapientissimorum hominum judicium valet. Præterea cum nulli certi sint Principis electores, sed res omnis ex eorum

sen-

ſententia pendeat, qui ſortis beneficio uſi ſint, nullus ambitioni locus relinquitur. nam fieri facilè poteſt, ut hi nullum jus ſint habituri, quos tu egregiè ambieris. Nunc ad rem adeo. Peracta tandem ratione comitiorum, ubi jam creati fuerint xl. viri Principis electores, ſtatim omnes, nullo interea civium ſalutato, nedum compellato, conveniunt in eam curiam, in quam cogi Senatus ſolet. ibi primum omnium ſanctè ac piè divina myſteria celebrantur, univerſique tactis altaribus jurejurando Deo Optimo ac Reipubl. pollicentur, eum ſeſe Ducem electuros, quem ſanctitate, in patriam charitate, ſolertia, ac prudentia aliis præſtantiorem eſſe duxerint. amotis deinde ſacerdotibus, ſoli in curia concluduntur, neque famulo, neque quopiam alio miniſtro accito. tunc tres, qui cæteros ætate anteceſſerint, veluti pręfecti, reſident ad paratam menſam quandam ad hoc munus: ſuper qua urna quædam eſt conſtituta: hinc unuſquiſque elector notat in ſyngrapha nomen ejus, quē Ducem pronunciat, ac notatam ſyngrapham in urnam jacit. injectis omniū ſyngraphis una educitur, quæ ſorte in manum venerit extrahentis. lecta à præfectis

ſyngrapha, is, cujus nomen exierit, ſi præſens adſit, ut plerunque contingit, continuo egreditur è curia. tunc ſi quis eorum exiſtimaverit eum civem minus idoneum, qui tam magnam dignitatem ſuſtineat, aut ob quãpiam aliam cauſam, non fore è Republica eum Ducem eſſe conſurgit, ac primo modeſtè præfatus ingenuè profert, quid de eo cive ſentiat, & quamobrem putet non eſſe in rem patriæ, eum Ducem fieri. ubi finem is dicendi fecerit, præfecti nuncupatum adhibent: atque ex his major natu omnia illi compendio repetit quæ ei objiciuntur, auctore tamen ſuppreſſo. nam ſacramento antea omnes perpetuo ſilentio ſe obſtrinxere. refellit ille objecta ut libuerit. Deinde iterum recedit è curia, quod ſi prior aut quiſpiam novis rationibus adhuc arguere & accuſare hominem velit, poteſtatem habet. rurſus accerſitus ille reſpondet, ſicque viciſſim res tractatur, donec accuſatoribus nihil amplius relictum ſit. tum demum in ſuffragia itur. ante hæc tempora, ſi is viginti quinque ſuffragia tuliſſet, nulla amplius aliorum ratio habebatur, ſed ſtatim ille Dux renunciabatur. noſtra tempeſtate in comitiis, quib. Andreas Grittus, ampliſ-

plissimus Senator, creatus estDux, hæc ratio immutata est. nam, tametsi nullus electus Princeps habeatur, nisi suffragia viginti quinque tulerit; res tamen in eo nõ consistit, qui primus eum numerum suffragiorum expleverit, ut antea fieri solebat: sed progreditur ad alios, ut, si quispiam eum numerum suffragiorum excesserit, non ille prior, sed hic Dux renuncietur. Postquam itum est in suffragia pro eo, cujus nomen primum exierat, alia itẽ syngrapha ex urna educitur, atq; omnia eodem, quo antea modo administrantur. sic in tertio, quarto, ac omnibus deinceps. quod si nullus ad eam summam suffragiorum pervenerit: nisi hora diei fuerit intempestiva iterum eadem ratione comitia repetuntur: ne multa, electoribus non prius exeundi, conveniendi, alloquendi aliquem, qui aliunde adveniat, potestas sit, quàm viginti quinque eorum in Principe eligendo convenerint: quo renuntiato confestim Consiliarii in curiam vocãtur: hi omnium primi novum Ducem salutant, ac venerantur. Post id fama per urbem vagatur, ubique discurritur, cives omnes gaudere, à Deo Optimo Maximo supplices petere, ut reipublicæ felix fau-

ſtumque id ſit. familiares ac conſanguinei Ducis in curiam properant, novo Duci gratulantur. eodem temporis veſtigio nummi cuduntur, inſcripto nomine Principis, atq; imagine expreſſa parantur omnia, quibus ad pompam opus eſt. Interea Dux, electoresque omnes ibidem operiuntur. inſtructis omnibus, deſcendunt è curia, ædemque D. Marci ei loco propinquam adeunt, auguſtum templú, magniſque opibus ornatum: Deum immortalem primo religiosè venerantur, & ſuggeſtú, ex porphyritide lapide confectum, omnes aſcendunt. ex electoribus qui cæteros ætate anteit, is verba ad populum facit. denunciat creationem novi Ducis, eumque modeſtè laudat. Poſt illum itē Dux orationem habet, ac pauca de ſe prudenter præfatus. ſervaturum ſe pollicetur omnia, quæ bonum Principem deceant, bonoque reipublicæ, nullius privati commodi habita ratione conſulturum, in primis juſtitiæ munus ſanctè obiturum, daturumque operam, ut æquum jus omnibus adminiſtretur: non rei familiari, non labori ulli, non denique vitæ parſurum, ſi reipublicæ ſuis incommodis proſpici poſſit. demum Deum Optimum Maximú,

D. Mar-

D.Marcum(ſub cujus nomine civitas Veneta eſt)atq; divos omnes precatur,ut ſibi faveant aſpirentque læti, in tam magni muneris functione obeunda. Verba Ducis univerſus populus magno plauſu excipit. Poſtquam Dux peroravit, omnes ex eo ſuggeſtu deſcendunt, Ducemque ante aram maximam templi ſtatuunt. ibi tactis evangeliis jurejurando Deo immortali ac reipublicæ fidem ſuam aſtringit, ſe nil eorum omiſſurum, quæ legibus Dux Venetus præſtare teneatur. His actis electores, qui eatenus cum Duce perſtiterunt, diſcedunt omnes: at ipſe ligneum pulpitum conſcendit, adſcito ex conſanguineis eo, quem omnium habet cariſſimum. Nautæ, qui in pretio habentur, pulpitum humeris attollunt, magnoq; plauſu inſidentem Ducem per totum forum D.Marci deferũt. Dux vero ex pulpitu pecuniam ſuo nomine excuſam jacit. ſumma nulla certa ſtatuta eſt pecuniæ eſtundendæ, ſed is modus tenetur, quem rei familiaris copia, anguſtiave, aut ipſius Ducis ingenium ſtatuerit. jactam plebs ſtudioſè colligit. tandem circumluſtrato foro cum ad ſcalas ædium publicarũ Principis ventum eſt, pulpitum ſiſtunt, è quo de-

descendit Princeps. mos invaluit, ut vestes quibus Dux est indutus, vasque argenteum, in quod populo effundenda pecunia congesta fuerat, nautis, qui pulpitum humeris sublatum gestaverunt, dono detur. Dux scalis ascensis excipitur à Consiliariis, qui ibidem experiebantur. & capitio, quod Principis insigne superesse diximus, coronatur. hæc series est totius pompæ. Postridie Senatu in curiam coacto Dux orationem habet, Deo, ac patribus gratias agit, quod ad id munus atque ad eum honorem evectus sit, simulque operam suam pollicetur nulli reipublicæ cómodo defuturam. ejusmodi ferè orationé habet coram universis civibus, primis statim comitiis, quæ post se creatum Ducem fiunt. Hactenus de Principe, seu Duce reipublicæ nostræ dictum sit. Illud proximũ est, ut de Consiliariis pauca perstringamus, quæ tamen satis exploratam facient omnem illius magistratus auctoritatem. assident Principi Consiliarii sex, quod supra quoque diximus, singuli inquam ex unaquaque urbis regione. in sex enim regiones, sive tribus divisa est universa civitas. harum tres sunt citra magnum rivum, qui mediam urbem dividit, tres vero

rò aliæ ultra. ex unaquaque urbis regione Consiliarius unus eligitur eadem comitiorum ratione, qua omnes magistratus creari supra abunde satis explicuimus. est magistratus iste octimestris, simulque cum Principe omnium rerum, quæ ad remp. spectāt, curam habet, verum instituto admodum veteri universa comitiorum ratio Consiliariis potissimum incumbit. si qua etjam de re ad magnum consilium referendum, ejusque auctoritate sanciédum sit, res tota Consiliariis referentib. decernitur, utpote qui soli id juris obtineant. his tamen interdum adjunguntur quadraginta virum præfecti, quibus tamen solis referendi jus non esset, nulli præterea magistratui (Ducem semper excipio) concessa est ea potestas. possunt etjam si eis libeat de re omni. & ad Senatum, & ad Xviros referre. Cæterum prçconsultoribus ea præcipuè cura demandata est, ut & Senatum cogant, & ad Senatum referant: quéadmodum & Decemvirum præfectorum officium est, & decemviros cogendi, & ad eos referendi. de quibus à nobis infrà tractabitur. At consiliarii ampliori auctoritate sunt præditi, utpote qui in Senatu par jus habeant cum præconsultoribus, & in

Col-

Collegio Decemvirum cum illius collegii præfectis. Octo mensibus Duci assident, eoque munere funguntur, quod jam explicui. Quatuor vero menses intersunt, vel potius præsunt, quadraginta viris, quibus capitis graviores causæ sunt demandatæ, eisque decernentibus judicantur, de quibus suo quoque loco dicetur, Nunc, postquam de magno Consilio, quod popularem statum in hac Republica refert, & de Principe qui regiam personam gerit, si minus eleganter, diligenter quidem tractatum est: institutum opus poscere videtur, ut de reliquis partibus hujusce gubernationis referamus, quæ optimatium regimen repræsentant. hujusmodi enim gubernatio in Veneta civitate cæteris facilè præstat, quam sequenti volumine Deo annuēte integrè explicabimus.

SSSSSSSSSSSSSSSSSSSSSS

LIBER TERTIUS.



MNIS hominum institutio, quæ quidem rectè se habitura sit, naturam optimam rerum omnium parentem imitari debet: quæ totius mundi

vim,

vim,rationemque omnem ita disposuit, ut res sensus intellectusque expertes, ab iis,quæ mente præditæ sunt, gubernentur. Idem igitur servandum est in hoc hominum cœtu, quem civitatem appellamus: senes enim junioribus prudentia antecellunt, perturbationibus animi non æquè obnoxii atque illi,& rerum plurimarum, quas in longiori vita experti sunt, usu prę diti, qua re sapientissimè Aristoteles in Politicis ait. In unaquaque Republica, quæ naturæ solertiam & sapientiam æmulari voluerit, senes præficiendi sunt summæ rerum: juvenum vero officium esse debet, ea facere quæcunque jusserint senes. neque,quando hoc institutum maximè secundum naturam est, seniorum imperium juniores detrectare possunt, aut ob hanc rem seditionem ullam concitare, quoniam in discrimine hoc,quod ætas facit,nullus invidiæ locus est, nullaque quærela esse potest, quandoquidem juniores certò sperent sibi à minoribus vicem repensum iri. Hanc Aristotelis sententiam comprobant omnes Respublicæ, quæ quidem alicujus nominis fuerunt:in iis enim gubernationi civitatis, rerumq; omnium publicarum, seniorum con-

consilium præfectum est, quem Senatum etjam à senioribus nominarunt, hoc loco leges atque instituta Romanorum proferrem; etjam Atheniensium, & Lacedæmoniorum, & Carthaginensium, plurimarúque aliarum civitatum leges, ni res notior esset, quam ut testibus indigeat. Pari igitur ratione in nostra Republica institutus fuit Senatus ac Decemvirum Consilium, qui in Veneta civitate (cujus Rempublicam mistam esse dixi ex regio statu, populari, & optimatium) referunt optimatium statum, ac media quædam sunt, quib. extremæ partes. status scilicet popularis, magnum Consilium, ac Princeps, qui regis personam gerit, invicem vinciuntur. Sic inquit Plato in Timæo extrema elementa, terram ac ignem mediis elementis vinciri: sic in diapason consonantia, extremæ voces mediis diatessaron ac diapente vocibus, invicem nectuntur. Ut ergo cœptum iter peragamus, Senatus Venetus centum & viginti legitimos Senatores habet: multi tamen præterea magistratus obtinent jus Senatorium, adeo ut nostra tempestate ducenti & viginti, & amplius jus habeant ferendi suffragium in Senatu. Senatores legitimi singulis an-

nis

nis ab universo civium cœtu (quem magnum Consilium nominari sæpius est repetitum) creantur. Nec tamen hic honos vacationem ullam habet, quemadmodũ omnes alii magistratus, sed iidem, si ita sors tulerit, & magno Consilio visum fuerit, quod plerumque fit, singulis quibusque annis in eo munere versari queunt. Modus & ratio electionis suprà à nobis exposita est, cum formam omnem comitiorum explicaremus. Eo igitur pacto, Augusto ac Septembri mense singulis comitiis sex Senatores eliguntur, quæ decies repetita, summam sexaginta electorum explent. sexaginta reliqui adjuncti seu adscripti sunt prioribus, omnesque hi simul propriis quibusdam comitiis eliguntur, nam ad tertium Calendas Octobris cogitur Senatus, atque unusquisque Senatorum & quivis alius, cui suffragii jus est, in Senatu unum civem nuncupat. Postridie illius diei mane ad horam diei tertiam conveniunt universi cives in comitium: prælectisque à scriba magna omnium civium nominibus, quos pridie Senatores nominaverint, conjecta in urnam omnium nomina sorte educuntur. mox in suffragia pro unoquoque itur, ex omnib. his

ſexaginta, qui plura ſuffragia tulerint quã cæteri, dummodo etjam dimidia exceſſerint, eo anno adſcripti Senatui ſunt, ea tamen lege, ne plures, quàm duo ejuſdem gentis in eorum numero ſint, ſic in numero legitimorum Senatorum tres tantum ex eadem gente eſſe queunt: qua lege optimè conſultum fuiſſe Reipublicæ exiſtimari debet. nam nulla pernicioſior peſtis in Rempublicam obrepſerit, quàm ſi quæpiam ejus pars cæteris prævaluerit, ubi enim æquum jus non ſervatur, fieri non poteſt, ut ſocietas ulla concors inter cives conſiſtat, quod uſu evenire ſolet, ubicunque plura Reipublic. munera in unum conveniunt, ſic ſolvitur miſtum, ſi quodpiam elementorum, ex quibus corpus conſtat, alia ſuperaverit: ſic omnis conſonantia diſſonans fit, ſi fidem unam ſeu vocem plus intenderis quam par ſit. Non impari ratione, ſi civitatem aut Rempublicam conſtare volueris, neceſſe eſt in primis ſervari, ne qua pars aliis efficiatur potentior, ſed omnes, quoad fieri poſſit, publicæ poteſtatis participes ſint. Quocirca perquam egregiè majores noſtri ſancitum eſſe voluere perpetuum hoc jus in Republica noſtra, nón modo

in

in Senatu, sed neque in aliis magistratibus pluribus gentilibus locum esse, quàm ad servandam æqualitatem opus esse videatur. Nec minus prudens institutio eligendi Senatus habenda est, ut scilicet sexaginta Senatores more commitiorum solito, sorte inquam electioni ac judicio admissa eligerentur; sexaginta vero adjuncti ratione diversa, in qua scilicet nil esset sortis. Etenim si in omnibus par sorti locus esset, facile accidere posset, ut alioquin præcipuorum civium ratio non haberetur, atque in eligendo Senatu præterirentur non sine Reipublicæ detrimento. Iccirco sexaginta patres ascriptos nullà sorte, singulis tamen annis eligi placuit. Senatus igitur primum ex hisce cétum ac viginti constat, quorum sexaginta proprio vocabulo Senatores, reliqui adjuncti appellantur, quorum comitiis integra dies consumitur. præter hos centum & viginti legitimos Senatores, pari juri in Senatum cum Senatoribus veniunt, (ut Ducem & Consiliarios prætercam) Decemviri, quadraginta viri judices capitalium causarum & criminum graviorum, salis & annonæ frumentariæ præfecti, divi Marci Procuratores, multiq, ꝑterea

magiſtratus, adeò ut noſtris temporibus ſumma omnium ducentos ac viginti excedat. hi omnes jus Senatorum obtinent, univerſa gubernandæ Reipublicæ ratio ad Senatum pertinet. quicquid Senatus auctoritate decretum fuerit, id ſanctum & ratum habetur. eo diſcepante & decernete & paces fiunt, & bella ſuſcipiuntur. pecunia Reipublicæ, ejus juſſu exigitur, & impenditur, ſi res poſtulat, nova etjam tributa & decumæ, ex decreto tamen Senatus, tum imponuntur civibus, tum etjam exiguntur, ſi quando etjam viſum ſit è Republica eſſe, ut novus quiſpiam magiſtratus pro tempore inſtituatur, is à Senatu eligitur. Præterea Senatus quibuſcunque temporibus perpetuum jus obtinuit eligendi oratores, qui ad Principes exteros à Republica deſtinantur, eorum etjam collegium creandi, qui jus habent & cogendi Senatum, & ad ipſum referendi. hos Ariſtoteles præconſultores nominat, noſtri homines Sapientes, arrogantiore vocabulo vocant: quo interdum nobis quoq; utendum eſſe duximus, ne à communi loquendi conſuetudine penitus abhorrere videamur. Comitia tamen hæc Senatus, quibus & oratores & præconſultores eli-

gun-

guntur, minus habent ſortis, quam ea quę ſupra deſcripſi, magni ſcilicet Conſilii, univerſique civium cœtus. unuſquiſque enim Senatorum nominat quem voluerit, deinde pro ſingulis in ſuffragia itur: isque cui plura contigerint quàm reliquis, dummodo dimidium totius ſummæ excedant, electus renunciatur. Quod ſi quãdoque neceſſitas & uſus Reipublicæ poſcerit, ut invito cuipiã munus aliquod publicum injungatur, unuſquiſque Senatorum clàm in ſyngrapha ejus nomen notat, quem maximè idoneum duxerit: deinde in urnam ad id paratam ſchedulam eam jacit. inde à ſcriba extrahuntur, palamque leguntur omnes, ac demum pro quolibet itur in ſuffragia; isq; prounnciatur electus, cui plures ſuffragati fuerint: dummodo etjam ſint plures dimidiis. Hic ſchedularum modus inventus eſt, ne quiſpiam veritus inimicitias ſibi alterius civis, aut odium parare, illum ad aliquod munus vocando, qnod probè quidem ſuſtinere ille poſſit, ſed tamen imponi ſibi iniquo animo ferat, abſtineat ab eo nominando: ſicque privati commodi gratia Reſpublica detrimento afficiatur. Nunc modus nobis recenſendus eſt, quo Sena-

consulitur, eaque decernit & sancit, quæ facienda sunt: & quo Senatusconsulta fieri consueverunt. Non latuit majores nostros; si unusquisque Senator promiscuè tum referre ad Senatum, tum sententiam dicere posset, atque hoc officium proprium nullius esset, magnam semper in Senatu turbationem fore. Præterea ita usu compertum esse, ut id, quod omnes pariter curant, omnes etjam patiter negligant. Ideo legibus nostris statutum est, ut à Senatu sexdecim cives eligantur, quos vulgus, propterea quod maximè omnium sapere videantur, Sapientes appellat. nos Aristotelem imirati eo quod præconsultant illa, de quibus consulendus est Senatus, Præconsultores meritò appellare possumus. hi jus habent & cogendi Senatum, & ad Senatum referendi, magistratus hic semestris est. Cæterum hi Sapientes in tres ordines sunt distributi, qui longissimo intervallo inter se differunt. In primo enim ordine sex sunt Senatores, primarii cives, qui cum usu rerum, tum dignitate, atque existimatione alios facilè antecellunt, horum præcipuum munus est, ut de administranda Republica, de bello, de pace, atque aliis

majoribus negotiis præconſultent, atque Senatum conſulant. In ſecundo autem ordine quinque ſunt cives, qui tametſi parem auctoritatem referendi ad Senatum habeant de rebus omnibus cum illis, qui ſunt primi ordinis, nihilominus ſunt dignitate atque exiſtimatione ſuperioribus longe inferiores, ad eos pertinent in primis, cura militum, qui Republic. ſtipendio aluntur, & merent ſub Venetarum copiarum Imperatore. Tertii quoque ordinis quinque ſunt, quibus demandata eſt rei maritimæ cura, neque iis præterea jus eſt ulla de re ad Senatum referendi, hic ordo apud majores noſtros in pretio habebatur, quo tempore apud Venetos res maritimæ florebant. Verum re maritima diminuta, noſtrorumque ſtudiis ad continentis imperium converſis, cœpit hic quoque magiſtratus non magni æſtimari: adeo ut ætate noſtra adoleſcentes, ac vix puberes ad eum ordinem eligantur, hi ergo cives ſexdecim, quorum conventus apud Venetos proprio vocabulo Collegium appellari conſuevit, ſummo mane conveniunt cũ Principe ac Conſiliariis: primumq; ad tertiam uſque diei horam privatos homines audiũt, qui-

bus aliquid rei eſt, aut cum Republic. aut cum aliquo magiſtratu; eaſque cauſas decernunt omnes ſimul, vel, ſi ita res poſcere videatur, ad Senatum de illis referunt, ſub tertiam diei horam omnes privati è curia dimittuntur, confeſtimque ab aliquo ſcribarum, qui à ſecretis Reipublicæ ſit, leguntur omnes epiſtolæ ad Senatum miſſæ; poſtmodum, niſi ab oratore alicujus Principis, qui ad Ducem & Collegium admitti velit, aut à quopiam majoris momenti negotio, quàm ut in aliud tempus differri poſſit, interpelletur, ſecedunt hi Sapientes, ſive præconſultores in certum conclave conſultaturi de publicis negotiis. Poſtquam conventum eſt, & conſederunt omnes, is qui præfectus eſt (nam eorum unuſquiſque ſeptenos dies viciſſim rerum adminiſtrandarum primum locum obtinet) rem proponit, de qua ſit conſilium incundum. Deinde ſingulos ſententiam rogat, eo ſervato ordine, ut primæ claſſis præconſultores, primarii cives, primi etjam ſententiam rogentur, dicantq; poſt eos quinque illi, quos in ſecundo ordine conſtituimus. Poſtremi, ſi res propoſita maritima ſit, ſententiam dicunt tertiæ claſſis præconſultores, quibus earum rerũ

cura

cura demandata est. Quod si ea res, quæ in consultationem venit, non spectet ad rem maritimam, hi postremi silent. in unaquaque vero classe primus sententiam dicit, qui septem proximis diebus præfuit. deinde is qui natu maximus, deinceps alii prout ætate præstiterint. postremus omnium, qui alios rogat, remque deliberandam proposuit, quique per eos septem dies præfectus fuerit, sententiam dicit. Re tandem inter ipsos prope discussa ac deliberata, sive omnes in eandem sententiam convenerint, sive in duas aut tres diversas, ut varia sunt hominum ingenia, divisi fuerint, Principem & Consiliarios conveniunt, priusquam Senatum cogant. Ibique omnium sententiæ recitantur; quibus si Princeps, aut Consiliarius quispiam assentiri voluerit, suaque auctoritate favere, aut aliam novam invenerint, re iterum inter eos deliberata, tandem omnium sententiæ scriptis mandantur. id muneris ad eos spectat, qui uniuscujusque horum tricum ordinum sunt scribæ. sic negotiis, quæ senatus auctoritate decernenda sunt consultatis, senatum cogunt. ubi senatores in curiam convenerint, primum recitantur omnes literæ, quæ alicujus sint momenti,

queve post dimissum proximum senatum Principi & præconsultoribus redditæ fuerint: postea de his rebus, quæ à Collegio præconsultorum deliberatæ fuerint, primum sententiæ leguntur, sive illæ concordes sint: sive inter se diversæ, eodem ferè pacto, quo Plato significare videtur, apud Athenienses rogationes populi fieri solitas fuisse. Nullus vero præter eos, quos à Venetis sapientes vocari admonui, referendi ad Senatum jus habet, suamq; sententiam illius ordinis auctoritate confirmandi & sanciendi. Ducem tamen, & Consiliarios, & quadraginta virum præfectos, de quibus infra dicemus, excipio. Lectis in senatu omnium sententiis, primi ordinis sapientium hebdomadæ præfectus, si voluerit, surgit. sin minus, natu maximus, aut, is, cui dicere volenti, alii cócesserint, is elatiorem suggestum ad id factú conscendens, verba ad Senatum facit: rationes omnes, quibus sententiam suam confirmet, dissidentesque refellat, in medium affert: modestè tamen & graviter, ut Senatorii ordinis Virum decet. postquam is peroravit, surgit præconsultor alius, qui à priori dissentiat, suamque ipse sententiam confirmat, priorem vero

con-

confutat, aliasque, si quæ sunt præter priorem, quæ à sua discrepent. surgit deinde tertius, si tot sententiæ fuerint, eaque in medium adducit, quæ secum facere videntur: sicque deinceps res inter eos discutitur, quoad nullus eorum reliquus sit, qui verba facere velit: nulli enim senatori locus dicendi datur, quousque præconsultores omnes, qui id muneris subire voluerint, dicendi finem fecerint. sed, postquam ultro citroque quantum visum fuerit, & orationibus & argumentis hi contenderint, aliis quoque Senatoribus dicendi facultas datur. quod si senatorum aliquis cuipiam ex dictis sententiis contradicere, aut earum quampiam tueri, sive novam afferre velit, dicendi copiam habet. nullus tamen senatorum de ea sententia cujus ipse est auctor, jus ad senatum referendi habet: sed plerumque contingit, si consilium ejus senatoris e Republica esse videatur, ut aliquis ex Collegio sive Consiliarius, sive quadraginta virum præfectus, de ea sententia ad senatum referat. Hoc ergo pacto re bene discussa & deliberata, suffragiis omnium, qui sunt ejus ordinis, Senatus decernit, quam nam sententiam potissimũ probet,
non

non tamen pedibus in ſententiam eunt, aut in contraria partem diſcedunt, quem morem Romanos ſervaſſe memoriæ proditum eſt, neque palàm ſententiam dicũt: ſed urnis ac ſuffragiis rem decernunt, non diſſimili ratione ab ea, quam in comitiis ſervari ſuprà docuimus. Scribæ, qui à ſecretis ſenatui ſunt, ferunt totidem urnas, quot fuerint ſententiæ, de quibus conſulitur Senatus: unamque viridem, quæ eorum ſuffragia excipiat, qui ſententias eas omnes repudiant. præterea unam rubei coloris, in quam jáciunt ſuffragia ſenatores, quibus nondum liqueat. unuſquiſque autem ſenatorum ſuffragium in ejus urnam demittit, cujus ſententiam præ aliis probat. ſi vero omnes rejiciat, in viridem urnam. quod ſi nodum liqueat, atq; ambigatur, urna rubea præſto eſt. Conſiliarii ſuffragia numerant. id vero pro decreto habetur, cui plures quam dimidia Senatorum pars fuerint ſuffragati. quod ſi nullius ſententia dimidium ſummæ exceſſerit, primum ea rejicitur, cui pauciſſimi fuerint aſſenſi: de cæteris repetuntur ſuffragia, eodem modo poſtrema ſemper rejecta; controverſia ad duas deducitur: quarum altera neceſſe eſt, ut plura dimidiis

ſe-

ferat suffragia; in quam senatusconsultũ factum fuisse pronunciatur. re una expedita de aliis refertur, nisi hora diei intempestiva fuerit, idem in omnibus aliis modus servatur. Si vero cujuspiam Principis orator ad Rempublicam Venetam accesserit, à Principe, Cōsiliariis, universo Collegio excipitur, auditurque ab eis: deinde consultandi tempus petunt. quo dimisso, reque à præconsultoribus eo, quem suprà diximus modo deliberata, Senatus consulitur. Princeps primum Senatui narrat, quæ petierit orator. deinde omnium, qui jus referendi ad Senatum habent, sententiæ leguntur, eadem ratione fit Senatusconsultum, quo petitioni oratoris respondetur. quo accito, legitur ei Senatus decretum, sicque dimittitur. Hæc est ferè summa eorum, quæ tum ad Senatusconsulta, tum ad universam rationem atque ordinem consulendi ad Senatum pertinere videntur. Atque hactenus quidem à nobis explanata sunt, cuncta membra, quæ majoris Consilii sunt: quod in Veneta civitate formam habet status popularis: tum ea, quæ ad Ducem spectant, qui quodammodo speciem quandam regiam in hac Republica præsefert: ac de-

mum universa ratio habendi Senatus, de Decemviris deinceps dicendum videtur. Decemvirum hoc collegium apud Venetos summæ est auctoritatis, & à quo non immerito quis asserat Reipublicæ incolumitatem præstari: cujus origo, ut ejus magistratus ratio omnis facilius intelligi possit, longius à nobis est repetenda. Divina quadam animi providentia majores nostri perspexere, quemadmodum in corpore humano, putrescente humore quopiam, innumeri ac periculosissimi plerumque morbi accidunt, qui sæpe etjam interitum afferunt: ita etjam in Rebuspublicis existere interdum improbos cives, qui negotium Reipublicæ facessant, dum potius prave imperare volunt, quam legibus parere, sive adducti ambitione ac regnandi cupiditate, sive ære alieno oppressi, seu etjam scelerum conscii, pœnæque ne à se exigantur, metuentes: quales Romæ legimus fuisse, Catilinam, Syllam, Marium, ac demum julium Cæsarem, qui tyrannide potitus, Rempubl. penitus evertit. In Græcorum etjam Rebuspublicis & quidem illustribus, ejusmodi cives nonnullos extitisse memoriæ proditum est. Nostris vero temporib. compertum

rum est, omnes ferè civitates Italiæ, quæ populari statu, aut etiam optimatium utebantur, tandem in cujuspiam suorum civium tyrannidem devenisse. Quamobrem omnibus viribus majores nostri sibi nitendum statuere, ne pulcherrimè instituta Respubl. optimisque legibus confirmata à quopiam hujusmodi monstro vexaretur. Nihil enim magis sibi metuendum esse inter se duxerunt, quam intestinum hostem & civium simultatem. quare cum animadvertissent in Republica Lacedæmoniorum Ephoros summæ auctoritatis fuisse, Athenis Areopagitas, Romæ Decemviros, qui etjam leges condiderūt; operæ pretium se quoque facturos crediderunt, si, horum exemplum imitati, in dispari tamen causa, magistratum summæ potestatis in hac nostra civitate instituerent; cui providendi præcipuè cura esset, ne qua inter cives discordia, quæ seditionem faceret, oriretur: ne qua factio, aut ne quis perniciosus civis Reipublicæ insidias moliretur. quod si quispiam hujusmodi morbus malo fato in civitatem obreperet furtim, summam haberet auctoritatem in eos animadvertendi, ac procurandi, ne quid Respublica detrimenti pateretur,

mum universa ratio habendi Senatus, de Decemviris deinceps dicendum videtur. Decemvirum hoc collegium apud Venetos summæ est auctoritatis, & à quo non immerito quis asserat Reipublicæ incolumitatem præstari: cujus origo, ut ejus magistratus ratio omnis facilius intelligi possit, longius à nobis est repetenda. Divina quadam animi providentia majores nostri perspexere, quemadmodum in corpore humano, putrescente humore quopiam, innumeri ac periculosissimi plerumque morbi accidunt, qui sæpe etjam interitum afferunt: ita etjam in Rebuspublicis existere interdum improbos cives, qui negotium Reipublicæ facessant, dum potius prave imperare volunt, quam legibus parere, sive adducti ambitione ac regnandi cupiditate, sive ære alieno oppressi, seu etjam scelerum conscii, pœnæque ne à se exigantur, metuentes: quales Romæ legimus fuisse, Catilinam, Syllam, Marium, ac demum julium Cæsarem, qui tyrannide potitus, Rempubl. penitus evertit. In Græcorum etjam Rebuspublicis & quidem illustribus, ejusmodi cives nonnullos extitisse memoriæ proditum est. Nostris vero temporib. compertum

tum est, omnes ferè civitates Italiæ, quæ populari statu, aut etiam optimatium utebantur, tandem in cujuspiam suorum civium tyrannidem devenisse. Quamobrem omnibus viribus majores nostri sibi nitendum statuere, ne pulcherrimè instituta Respubl. optimisque legibus confirmata à quopiam hujusmodi monstro vexaretur. Nihil enim magis sibi metuendum esse inter se duxerunt, quam intestinum hostem & civium simultatem. quare cum animadvertissent in Republica Lacedæmoniorum Ephoros summæ auctoritatis fuisse, Athenis Areopagitas, Romæ Decemviros, qui etjam leges condiderũt; operæ pretium se quoque facturos crediderunt, si, horum exemplum imitati, in dispari tamen causa, magistratum summæ potestatis in hac nostra civitate instituerent; cui providendi præcipuè cura esset, ne qua inter cives discordia, quæ seditionem faceret, oriretur: ne qua factio, aut ne quis perniciosus civis Reipublicæ insidias moliretur. quod si quispiam hujusmodi morbus malo fato in civitatem obreperet furtim, summam haberet auctoritatem in eos animadvertendi, ac procurandi, ne quid Respublica detrimenti pateretur,

tur.tam magna vero poteſtas, neque pauciſſimis ſine periculo committi poterat, neq; formidabilis, ſi multis committerentur, futura erat. quocirca, ut ab utroq; incommodo caverent, hoc inſtituerunt Decemvirale Collegium, annuum hi gerunt magiſtratum, eamq; vacationem habet, ut is, qui vel per diem in eo magiſtratu fuerit, non tantum eo anno, ſed futuro etjã ejus muneris vacationem habeat, neque fas ſit ejus in comitiis Decemviralibus rationem haberi. quibus Decemviris Principem quoque & Conſiliarios adjunxere: ita ut univerſum Collegium ſummam decem & ſeptem civium expleret, quibus hæs ſumma poteſtas tributa ſit. ex Decẽviris, ſingulis menſibus tres dicuntur ab illis, quibus ſors obtigerit: hi Principes Collegii ſunt, maternaque lingua Capita Decemvirum appellari conſueverunt. jus habent cogendi Decemvirale collegium, atq; ad illud referendi; certũ: conclave habent, in ꝙ quotidiè conveniunt: certos ẽt miniſtros, janitores, apparitores, ac ſtipatores, adeo ut nulli⁹ magiſtratus ſubſellia cum majori obſervantia adeas. adeunt vero omnes quibus cum Decemviris negotium eſt. literas quoque ad Collegium

ſcri-

ſcriptas legunt, & de illis ad idem refe-
runt. ne tamen temere Senatus ille conſu-
latur, non unus tantum ex his Principi-
bus referendi jus habet, ſed duo ſint, opus
eſt, qui referre de eadem re velint, ſeu qua
tuor Conſiliarii. ob eādem etjam cauſam,
ut quid temere à pauciſſimis civibus im-
mutari poſſit, illud iuſtitutum eſt, ne, ſi
quippiam, quod jam ſancitum ſit, ab-
rogare velint, id habeatur pro rato atque
decreto, niſi duæ Collegii partes ſuffra-
gatæ ſint. illum quoque morem obſervāt,
ne reum, cum de eo judicium laturi ſunt,
in Collegium admittant, neque cognito-
rem, aut oratorem quempiam, qui ejus
cauſam agat: quod tamen jus, cum apud
alium magiſtratum cauſam dicunt, reis
conceſſum eſt. ratio autem, quam in ju-
diciis exercendis ſervant, hæc eſt. à Prin-
cipibus Collegii reus auditur, ejuſque di-
cta omnia ſcriptis mandantur. Cum au-
tem cauſa ad Collegium defertur, ipſi
Collegii Principes, aliique judices, qui
interſunt, & accuſatoris & rei vicem a-
gunt: reſque decernitur maxima ſemper
adhibita judicii moderatione. Initio De-
cemviri huic tantum rei operam impen-
debant, ne quid exiſteret, quod Reipubli-

eæ civilique concordiæ posset officere. postea vero gravissima quædam crimina & inormia facinora hujusce judicii severitati ac censuræ commissa fuere, ut si qui rei facti essent, vel quod nummos adulterinos cudissent, vel quod venere mascula usi essent. nostra etjam tempestate additũ fuit, ut ab his judicibus cõstitueretur multa, ac judicium exerceretur in quosdã scelestissimos homines, qui maledictis Deum optimum vel Beatam Virginem incessere ausi essent, nonnulla etjam, quæ maximè arcana essent, & ad summam Reipublicæ pertinerent, ut ad Decemviros deferrentur, institutum est, qui tamen nihil, quod majoris momẽti sit, nisi de sententia totius Senatus, decernunt. res quoque pecuniariæ ab ipsis pleræque administrantur. quocirca ne de tot, tamque arduis negotiis potestas paucioribus, quàm par esset, civibus permitteretur, accersiti sunt in hoc Collegium Sapientes primi ac secundi ordinis, Advocatores quoque & Procuratores sancti Marci, qui magistratus summæ est venerationis: suntque præter hos huic Collegio ascripti quindecim Senatores, quos adjunctos vocant, universi tamen hi jus suffragii non habent,

bent, sed tantummodo decem & septem priores, & quindecim his adjuncti, adeo ut omnes summam expleant xxxii. suffragantium. Cæteri etsi omnibus negotiis intersunt, hoc jure privati sunt. adjuncti quindecim neque à Senatu, neque comitiis magni Consilii eligi solebant: sed Decemviri, quos voluissent, Senatores quindecim collegas sibi adjungere consueverant, qui tamen neque gentiles eorum, neque arcta necessitudine conjuncti fuissent. nunc vero comitiis magni Consilii eliguntur hi quindecim adjuncti Maximam ex decemvirali Collegio Reip. Venetæ utilitatem extitisse, ipsa experientia rerum omnium magistra compertum est. nam anno ab hinc decimo supra ducentesimum, Marinus Faletrus Dux, qui tyrãnidem moliebatur, magnamque Reipublicæ turbationem allaturus fuerat, continuo Decemvirum auctoritate ac prudentia oppressus, temeritatis simul & sceleris pœnas dedit: disceptanteque hoc Collegio capite mulctatus est una cũ plerisque nobilissimis civibus, qui cum eo in perniciem libertatis conspiraverant, perpetuaque ignominiæ nota fuit affectus. in ea enim curiæ parte, in qua pictæ sunt

imagines omnium Principum cum elogiis rerum. quas optime pro Republ. gesserint, Marini Faletri sedes, imagine vacua, versiculis quibusdam inscripta est, quibus declaratur eum Ducem pro criminibus (ut nihil immutem) securi percussum fuisse. Perniciosissima certè, & quæ facilè perniciem & exitum Reipublicæ allatura fuerat conspiratio, ni decemviralis Collegii auctoritate statim oppressa fuisset. Nonnulli quoque cives, qui ambitione ducti periculosas quasdam leges promulgaverant, ut auram popularem aucuparentur, continuo Decemvirum severitate oppressi pœnas temeritatis, atq; immodicæ ambitionis Reipublicæ dederunt. Qua ratione effectum est DEO Optimo favente, ut nullus hujusmodi morbus nostram in civitatem auctoritate hujus Collegii confirmata invaderet. Jam præcipuè Reipublicæ Venetæ partes, quibus universa ferè gubernatio continetur, à nobis expositæ sunt. Verùm, ut omni ex parte institutum à nobis opus perfectum sit, de reliquis quoq; magistratibus dicemus, à quibus tum jura dicuntur, tum pecuniæ publicæ administrantur: nec non de gubernatoribus civitatum, quæ sub

Veneta ditione ſunt,deque claſſium, exercituumque præfectis. Poſtremo nonnulla inſtituta exponam, quibus optimè meo judicio cautum eſt, ne populus & plebs minutior ægreferat nullam ſibi in hac Republica gubernationis partem eſſe. Docebimus item haudquaquam omiſſam fuiſſe, ut plerique exiſtimant,publicam ad rem bellicam juventutis inſtitutionem. Verum, antequam ad hanc rerum inſtitutionem explicandam veniam, non ab re eſſe exiſtimo,ſi lectorem admonuero,in ea ratione,qua ſuprà dixi Senatum conſuli ſolere; ipſumque Decemvirum Collegium, apparere perſpicuè miſtionem quandam legum popularis ſtatus, & Reipublicæ optimatium. Nam quòd nihil poſſit Senatus decernere, niſi de eo prius ad ipſum Senatum à præconſultoribus relatum ſit, ſtatus optimatium eſt. Quòd vero præconſultes nullam habeant poteſtatem,niſi conſulant Senatũ, eorumque ſententia illius auctoritate cõfirmata ſit, profecto eſt popularis gubernationis inſtitutum. Itaque non modo in univerſa hac noſtra Republica,verumetjam in qnacunque ejus parte, qui rectè perpendet,inveniet hanc, quam dixi, mi-

ſtionem & temperiem, qua rectæ illæ gubernandi rationes, in unam formam atque ſpeciem Reipublicæ noſtræ coaluerint. Sed illuc, unde egreſſa eſt, noſtra revertatur oratio. Omnium ergo prima ea pars nobis exponenda eſt, quæ ad jus dicendum pertinet. Univerſum igitur jus, quod à magiſtratibus reddi ſolet, bifariam diviſum eſt. Nam aut in ſuppliciis conſiſtit, quæ ſumenda ſunt de hominib. facinoroſis, qui patriam aut civem aliquem inſigni injuria affecerint, vel in deos immortales impii extiterint; aut poſitum eſt in cauſis forenſibus judicandis. Iccirco etjam Venetiis duo genera judicum ſunt. horum alterum caſus forenſibus, alterum verò judiciis rerum capitalium præficitur. Primum itaque de criminoſorum hominum judicibus, mox de forenſibus dicemus. ex delictis quædam minutiora, vel ſuaptè natura, vel peccantium hominum conditione habentur. nonnulla graviora & majoris momenti, aut genere ipſo peccati, aut peccantium nobilitate. qua de cauſa duplices quoque ſunt capitalium rerum magiſtratus inſtituti. ad horum alteros graviores cauſæ & inſigniora crimina de-

fe-

feruntur, ad alteros vero leviora. In Republica quidem Veneta judicia universa ad eam rationem, quam proposuimus. per quam egregie divisa atque constituta reperiuntur. nos de insignioribus primo: mox de aliis dicemus. Præter delicta, quæ Decemvirum censuræ commissa esse supra diximus, graviora omnia crimina Advocatoribus referentibus, collegioque quadraginta virali disceptante, discerni solent, iisque pro crimine pœna constitui, qui in eis deprehensi fuerint. quadraginta hi viri, qui criminum causis præfecti sunt, criminales vulgo appellari consueverunt. De utrisque tractandum sed primo de Advocatoribus. Advocatorius magistratus priscis temporibus magnæ fuit auctoritatis incredibilisque existimationis. præcipuum ejus munus est, legum custodia, ne aliqua scilicet in parte legibus officiatur. Quamobrem quilibet eorũ, qui in eo sunt magistratu, eam ꝓpe intercedendi potestatẽ habet, q̃ apud Romanos Tribuni plebis obtinebãt: sed illi ut tuerẽtur libertatẽ plebis Romanę, nostri vero ut vim legũ tueantur: quare non immerito Tribuni legũ vocari posset. Nos vero, ne ꝑspicuitati, cui præcipue operam

damus, ulla in parte officiamus, à communi usitatoque vocabulo non recedemus. Illi ad populum seu plebem referebant, nostri vero Advocatores ad quadraginta viros quidem de levioribus causis, de majoribus ad Senatum, de maximis interdum, si ita eis visum fuerit, ad majus Cōsilium referunt. Quamobrem antiquitus magna erat hujus magistratus auctoritas. Nunc vero, quoniam Decemvirum potestas latius se dilatavit, ideo Advocatorum auctoritas diminuta, existimatio obscurata est. Cæterum, quum is magistratus tam amplam obtineat intercedédi potestatem, legumque custodia ad eum potissimum pertineat, qui autem facinus aliquod perpetrarint, maximè contra leges fecisse videantur, illustres præsertim cives, ad quos præter alios attinet, Reipublicæ conservandæ operam dare: iccirco peculiari quodam modo hujusmodi delicta censura Advocatorem visa sunt esse corrigenda, licet ipsi nullam habeant potestatem quippiam contra reos statuendi, præter quam in parvis quibusdam causis, cætera omnia de consilii sententiá statuuntur. Hoc in loco non ab re futurum duco, si omnem judiciorum capitalium

rati-

rationem explicuero, quæ Advocatoribus referentibus fiunt: quandoquidem nullibi, quod sciam, modus hic servari soleat: simulque (ut arbitror) perspicuum faciemus, quamnam auctoritatem habeat hic Advocatorius magistratus. Quum crimen aliquod ad Advocatores delatum fuerit, si res digna censeatur eorum censura, confestim vel ab omnibus, vel etjam ab uno tantum (nam tres ei muneri præfecti sunt) interceditur, id est reus efficitur ille, cujus nomen delatum sit. deinde ab intercessore refertur de eo crimine ad consilium illud, quod maluerit Advocator, qui intercesserit, quamvis plerumque consulatur quadraginta virale Collegium, quod judiciis capitalium criminum præfectum est. Ibique causa recitata, de consilii sententia decernitur, an reus sit in carcerem conjiciendus, & quæstioni adhibendus, an potius solutus causam dicere debeat. reus postea ex consilii decreto accersitur, vel ab apparitoribus magistratus Advocatorum clàm deprehenditur. causam dicit vel solutus, vel ex vinculis de crimine interrogatur: respondet, testes utrinque citantur: quæcunque ille dixerit, sive sponte, sive tormentis coa-

ctus, tum quæ testes adducti coram magistratu se scire fassi fuerint, sive pro reo, sive contra reum omnia scriptis mandantur. Hac ratione tota causa in codice publicum relata, omnium, quę scriptis mandata sunt, reo fit copia, constituiturq; tempus, quo docere causam possit Advocatos atque oratores, quos sibi adhibuerit, illique possint omnia diligenter perspicere, quæ reo patrocinentur, & meditari quo pacto objectum crimen, testimoniaque reo adversantia diluere possint. tandem causa incipit agitari. Hac in parte non est reticiendus mos majorum ad nostra usq; tempora perductus. si enim forte quispiam reus factus tam tenui rei familiari fuerit, ut sumptum facere nequeat in conducendis advocatis, qui partes suas tueantur, duo oratores, qui Reipubl. stipendio conducti, id muneris habent, suscipiunt inopis illius rei partes tuendas. sic enim lege cautum est, ne ullus indicta causa puniatur. Post quàm vero satisfactũ fuisse reo videtur, neque ad ejus defensionem quippiam amplius requiri, Advocatores consilium indicunt, diemq; reo cõstituunt, quo causam dicturus sit. Consilio coacto magistratus his Advocatorius

ac-

accusatoris vice fungitur: eosque qui in eo sunt magistratu maximè decet, ut accusatores acerrimos agant, qualis (dummodo id assequi possunt) fuit Cicero in Verré & in M. Anton. ita tamen ut maledicta caveant, neq; extra causam maledicedo vagentur. Nā is, qui maledictis indulget, potius inimici & pravi hominis officium facere, q̃ Reip. causam agere videtur. Hac n. in parte apud Venetos longè secus res se habet, quam apud Romanos. Olim Romę quivis civis alteri diem dicere poterat, eumque quam acerrimè accusabat apud judices. Venetiis verò nemo privatus hoc munus obire potest, sed ex Reipublicæ lege officium illud est Advocatorii magistratus. Qua in re magis naturam rerum imitati, sapientiusque concordiæ civium consuluisse majores nostri videri debent, quàm Romani. Nam quoniam qui facinus aliquod perpetravit, maximè leges & Rempublic. læsit, ideoq; præcipuè Reipublicæ pœnas dare debet, jure magistratus is, qui tuendis legibus præest, à facinoroso homine pœnas poscere, atque ad id omni studio eniti debet. Contrà privati officium est illatas sibi injurias oblivisci: facileque reo concedere. Præterea nullus

pri-

privatus civis poteſt accuſatoris perſonam ſibi ſumere abſque maxima invidia & incredibili odio ejus, cui diem dixerit: ex qua re facilè ſeditiones oriuntur inter cives. hoc igitur incommodum à nobis perquam egregiè vitatum eſt, univerſo hoc accuſandi munere magiſtratui demandato, qui non privata ſimultate ductus, ſed ex legis præſcripto id agat. quo effectum eſt, ut nunquam ferè auditum ſit Advocatorum cuipiam vitio datum fuiſſe, quod vehementius in reum ſit invectus, aut nimis acrem accuſatorem ſe geſſerit, immò, qui acriter in hoc officio verſatur, magnam ſibi laudem comparat apud univerſos cives. Sed ad incœptam judiciorum rationem redeamus. Agit ergo coacto conſilio Advocator partes accuſatoris, orationemque in reum habet acerrimam. crimina & facinora objicit primum, deinde teſtibus objecta confirmat, ac veriſimilibus conjecturis corroborat. Poſtquam dicendi finem fecerit, agitur cauſa rei ab eo patrono, quem ſibi aſciverit. deinde ſi Advocatorum quiſpiam antequam judices ſententias rogentur adhuc urgere reum voluerit, locum dicendi habet: ſimiliter advocati rei reſponden-
dı,

di,& objecta crimina diluendi facultatē habent:eaque ratione causa utrinque agitatur, donec alter eorum, sive reus, sive Advocator cui dicendi locus incumbit,se amplius dicere nolle pronũciaverit. Perorata causa, reus ejusque patroni discedunt è curia judicum. cum judicib.clauduntur in conclavi Advocatores eorumque scribæ præterea nullus. Advocatores primum de puniendo reo ad judices referunt,sententiasque rogant, an puniendus videatur, nulla tamen adhuc constituta certa pœna;quem morem Athenienses ferè servabant. Athenis enim judices duplices sententias ferebant. primis aut absolvebant reum,aut condemnabant:secundis,si prioribus condemnatus fuisset, pœna constituebatur,ut ex Apologia Socratis apud Platonem perspicuè intueri licet. consimili judiciorum ordine, & prope pari nos quoque utimur ratione. Refertur igitur primum ab Advocatorib. de condemnando reo.judices in suffragia eunt.omnia enim consilia apud Venetos res omnes suffragiis decernunt.tres urnæ deferuntur,quarum una reus condemnatur,altera absolvitur penitus absquè mulcta, tertia colliguntur suffragia eorum,


qui-

quibus nondum liquet, utrum sit statuendum. Prima urna qua condemnatur reus, albi coloris est; secunda qua absolvitur, viridis; tertia, rubei unusquisque judicũ, sive causa disceptantibus quadraginta viris (ut plerumque) agatur, sive Senatus cósulatur, quod raro accidit, in gravioribusque causis tantum fieri solet, sive ad magnum Consilium ab Advocatoribus relatum sit, quod rarissimè accidit, gravissimisque in causis fieri consuevit, ne quis suffragium suum perspiciat, pilulam linteam in eam urnam, quam maluerit, demittit. Postea à prefectis consilii suffragia numerantur. Quod si plures dimidiis reum absolverint, confestim pronunciatur absolutus: estque Advocatorum rogatio repudiata. sin plures dimidiis dãnaverint, illico pronunciat damnatum. At si neutri dimidium excedant, quod multi sint judicum, quibus nondum liqueat, pronunciant reum comperendinatum fuisse, judicesque causam amplius discuti velle. si absolvitur, nihil amplius negotii habet. sed evestigio liber dimittitur. si comperendinatur judicibus, & reo dies statuitur, qua denuo causa, Advocatoribus accusantibus, patronisque obje-

cta crimina diluentibus agatur. Post dictam & peroratam causam judicum suffragia repetuntur. Quod si etjam tum nihil decernatur, quod suffragia, quæ neutram in partem venerint dimidium summæ non excedant, iterum pronunciant reum comperendinatum, & tertio consilium indicitur. Constituta die, qua tertio quoque causa eodem modo repetatur, demum in suffragia itur, nec tamen amplius ratio ulla eorum habetur, quibus nondum liqueat. Iccirco, nisi paria fuerint suffragia, necesse est reum vel damnari, vel absolvi. si absolvatur, nihil amplius ei negotii est, ut dixi, si pronuncietur damnatus decernitur. qua nam pœna in eum sit animadvertendum, de genere pœnæ referunt, tum Advocatores, tum præfecti Collegio judicum, mos tamen est, ut Advocatores eam pœnam proponant, quæ pro genere criminis videatur acerbissima, etenim hujus magistratus officiū est, ut ad severitatem inclinet. Alii verò, Cōsiliarii, inquam, ac præfecti quadraginta virum, quibus jus est ad id consilium judicum referendi, leviores pœnas proponere consueverunt, nisi crimen fuerit adeò atrox, ut clementiæ nullus sit locus,
seu

ſeu Advocatores lenius egerint, quàm e-
um magiſtratum deceat.propoſitis omni
um ſententiis eodem fermè modo decer-
nitur pœna, qua reus ille ſit afficiendus,
quo ſuprà diximus Senatusconſultum fi-
eri ſolere,ubi præconſultorum ſententiæ
variant,quam rationem ſi hoc in loco re-
petere vellem,importuneque tædio affice
re lectorem; merito ineptus haberi poſ-
ſem.hoc tamen dixiſſe ſatis eſt, eam ſen-
tentiam judicum pronunciari, quæ reje-
ctis aliis plura dimidiis ſuffragia tulerit.
Hoc in loco mihi videor non ab re fa-
cturus,ſi bina inſtituta annotavero pru-
dentiſſimè à majoribus nobis tradita.Pri
mum eſt,quod nullius rei,ſeu judicii quē-
piam magiſtratum ne dum civem ſine
provocatione arbitrum eſſe voluerunt,
ſed omni in re ſummum jus atque arbi-
trium eſſeConſiliis ſeu Collegiis tributū,
Alterum vero ſuperiore illo non minus
utile eſt,idque tale, quod voluere judices
non ore ſententias dicere, aut palàm ſta-
tuere quidnam ſentiant, ſed clàm ſuffra-
giis decernere quod maluerint. utrumq;
ſane meo judicio, prudentiſſimè.nam,
quod ſumma auctoritas nulli magiſtra-
tui conceſſa ſit, rectè ſe habet.etenim,
præ-

præter quam quod periculosum est, summam alicujus rei, quæcunque ea sit, committere paucis civibus: tum illud cavetur, ne, si fortè res deliberata malè cesserit, civitas de paucis civibus queri possit. Ut vero clàm decreta judiciaque fiant, non minore prudentia sancitum est. judices enim, hujusmodi suffragiorum instituta ratione, liberius judicant quàm si palam atque ore sententiam ferrent. ex quo interdum, vel propter ambitionem ab æquitate abducerentur, vel amici ac bene de se meriti civis offensionem vererétur, vel potentioris indignationem extimescerent. Illud quoq; provisum est. ut quisque judiicũ judicium suum sequatur, nec ab alierius judicis auctoritate pendeat: quod facilè accidere posset, si ille qui prior dixisset sententiam prudentissimus, ac scientissimus haberetur, quocirca nec etjam ab excellẽtissimis philosophis genus hoc judiciorum omissum est. sed ad rem redeo Postquam omnis judiciorum ratio à nobis exposita est, ad quadraginta capitalium causarum judices, de quibus dicendum institueram, revertar. Horum collegium à civitate nostra; ad quod Advocatores de causis capitalibus referant, eoque



deliberante sontes puniantur, institutum est. Idcoq; non nisi in causis gravissimis, ubi etjam Reipublicæ intersit, in utram partem judicium cesserit, Advocatores Senatum consulunt, rarissime vero majus Consilium. Verum omnes capitales causæ ad hoc quadraginta virale Collegium deferuntur: cujus sententia rata est, nulusque ab ea amplius est provocationi locus. gerunt hi magistratum octimestrem, postquam sedecim menses expleverint in forensibus causis judicandis. Tria namq; Collegia in Republic. Veneta sunt, quodlibet ex quadraginta judicibus constat. duo forensibus causis judicandis pręfecta sunt, tertium, de quo agitur, capitalibus. hac tamen distributa ratione sunt, ut primum functi fuerint, magistratu capitales hi judices, in ordine ipsi redigantur, aliique quadraginta viri magni Consilii comitiis sufficiantur. Non tamen hi suffecti confestim ad judicandas capitales causas accedunt, sed Collegium illud quadraginta virale, quod urbanis causis decernedis octimestri eo temporis spatio præfectum fuit, subit in locũ capitalium, qui jam defuncti sunt magistratu. his vero forensib. atque urbanis judicibus succedunt tertii

qua-

quadraginta viri, qui item eo octimestri intervallo exterorum causas judicarunt, in eorumque locum illi nuper suffecti subeunt, sicque per vices iidem judices, & de forensibus causis tum urbanis tum exteris, & de capitalibus decernunt, ac totum biennium in his judiciis versantur. Tria hæc Collegia judicum proprias habent appellationes primum, ad quod exteræ causæ deferuntur, novum nominatur. secundum, quod urbanis præficitur, vetus dicitur. tertium, quod de capite sontium judicat, criminale à criminibus nuncupatur. hi quadraginta viri criminales nuncupati, præterquam quod in causis criminalibus, sive capitalibus summam judiciorum habent, admittuntur etjam in Senatum, & jus suffragii in eo ordine obtinent. Habent præterea triumviros ex suo ordine, qui singuli binis quibusque mensibus sorte educuntur, ac per vices semper assident Duci & Consiliariis, paremque illis auctoritatem ad Senatum referendi de quacunque re voluerint, habent; itemque ad magnum Consilium, eo tamen modo quem suprà tetigi. nec absque ratione quadraginta hi juniores viri Senatoribus, qui

plerunque senes esse solent, cōmisti sunt; ut scilicet naturalis senū frigiditas juvenum calore temperetur. Non tamen juniores hi senibus numero pares sunt, sed longè pauciores; tot tamen, ut aliquod caloris vestigium in Senatusconsultis apparere, atque inesse queat; quod quandoque in rebus agendis perquam necessarium est. accedit etjam illud, quod senatoria auctoritate his quadraginta viris concessa, Reipublicæ administratio aliqua ex parte inferioris notæ civibus communicata videri potest, quales plerunque hi sunt, qui quadraginta viratum gerunt. in quo ordine populari quadam lege majores nostri usi sunt. Nam tribus his quadraginta virum Collegiis singulis quibusque diebus, quibus conveniunt, certum ex ærario stipendium constitutum est. Ideoque raro admodum divites cives hunc magistratum petunt, facileque, si petierint, repulsam ferunt. verum egenis civibus, probis tamen hominibus, facilis est ad hunc honorem accessus. Qua ratione tum inopiæ proborum civium aliqua ex parte, consulitur: tum etjam Reipublicæ administratio non solum divitibus & insignioribus civibus; quod optimatium est sta-

tus,

tus,& paucorum potentiæ commiſſa eſt; verum etjam aliqua ex parte, mediocri tamen, cives inferioris ordinis ad Rempublicam acceſſum habent: qui mos pertinet ad popularem ſtatum. Ex his cuilibet compertum eſſe poteſt, in omni parte Reipublicæ Venetæ temperationem illam apparere, cui plurimum ſtuduiſſe majores noſtros, in hujus opuſculi exordio diximus, ut ſcilicet popularis ſtatus ratio optimatium gubernationi permiſta eſſet: eo tamen temperamento adhibito, ut plures optimatium partes eſſent. ſatis itaque jam à nobis tam de Advocatoribus, tum de quadraginta viris cauſarum capitalium judicibus dictum arbitror, qui ideo inſtituti ſunt, ut in crimina ſeu genere peccati, ſeu conditione peccantium inſigniora animadverterent. Nunc tempus poſtulat, ut de nonnullis inferioribus magiſtratibus, qui minutioribus, & genere ipſo & hominum fortuna ulciſcendis delictis & maleficiis præſunt, pauca quædā perſtringamus. Hi quoque duplices ſunt, alteri jus capitis habent, alteri non habent: quorum poteſtas eo tantum extenditur, ut in viliſſimos homines, atque in meretrices animadvertant: quos vel vir-


gis cædi jubent, vel in carcerem conjici, prout quemque peccasse constiterit. Potior vero ille magistratus, qui capitis judicum ferre potest, rursus bipartitus est. Nam non iidem judices quærunt de crimine, & quæstioni reum adhibent, ac sententiam ferunt: sed priores, noctis scilicet præfecti, totam prius causam reorum agitant, ac scriptis mandant, quæ testes dixerint, quæque rei vel sponte, vel coacti tormentis confessi fuerint: demum omnẽ causam ad judices proprietatum deferũt. diversus à priori hic est magistratus. hiq; sententiam ferunt, ubi de causa capitis agitur. quod si levius fuerit delictum, ut tãtum virgis cædendus, aut carcere aliquot menses coercendus reus esse videatur, noctis præfecti totam causam expediunt, neq; Collegium quadraginta virale consulunt, sive conjicere quempiam in carcerem voluerint, sive quæstioni adhibere; quod ipsum jus tamen Advocatoris magistratus non habet, verum opus est, ut prius Collegium consulat, atque auctoritate decreti illius Collegii nitatur. neque sine magna ratione hoc ita institutũ videtur fuisse. Nam si pro quolibet crimine. & pro iis reis, qui homines nullius

pretii ſunt, conſilium conſulendum eſſet, incredibile negotium Reipublicæ adminiſtrationi conflaretur: ſontibus etjam viris major peccandi licentia tribueretur ſpe impunitatis majore propoſita. Ut ergo judicia hujuſmodi expeditiora eſſent ac breviora, Præfecti noctis etjam auctoritatem, qua Advocatores privati ſunt, obtinent. Hi noctis præfecti ſex ſunt: ſex itẽ tem in minimo eo magiſtratu, cui in infimos tantum homines, levibuſque in criminibus jus eſt. Capita tribuum civitatis appellantur hi, qui eum magiſtratum gerunt, quoniam ex unaquaque tribu (in ſex enim tribus tota civitas diviſa eſt) tũ præfectus noctis, tum caput tribus eligitur: quo more etjam in Conſiliariis eligendis uti ſolemus, quod ſuperius à nobis minimè omiſſum fuit. Utriuſque præterea magiſtratus officium eſt, ut nocturnas excubias per ſuas tribus agant alternis noctibus, ac viciſſim modo præfectus noctis, modo caput tribus, ſuam tribum circumeant ad gallicinium uſque cum publicis ſtipatoribus & apparitoribus armati, provideantque ne per nocturnas tenebras, quæ majorem licentiam præſtare hominibus ſceleſtis ſolet, cuipiam flat injuria:

neve fur clàm domum quampiam fodiat, aut ne latro ullas per vias grassetur in quenquam, inprimis Venetæ urbis originibus uterque hic magistratus magnæ existimationis erat, postmodum adjunctis novis Reipublicæ magistratibus, prout ratio temporum & commoditas exigebat, horum dignitas & auctoritas est obscurata: summaque potestate ad [illegible] vos magistratus translata, parva qu[illegible] & viliora negotia veluti feces i[illegible] b selliis residere. Hactenus [illegible] tibus, qui capitales causas [illegible] dixisse sufficiat. De foren[illegible] enti volumine dicetur.

SSSSSSSS[illegible]

LIB[illegible]



[illegible] in [illegible] mam [illegible] et: sed [illegible] seu Co[illegible] sse voluc[illegible] causis, quæ

quæ ſummam quinquaginta quinq; nū-
morum aureorum excelſerint, nullius ma
giſtrat⁹ judicium eſt, à quo non ſit provo-
catio ad Auditores urbanarum cauſarum,
qui lingua vernacula veteres appellant.
& ad Collegia quadraginta virum, de
quibus ſuprà commemoravimus. Sed ut
perſpicuè tota hæc judiciorum [illegible]
um ratio intel[illegible]ur, ab Auditor[illegible]
qui quidem [illegible] ſunt [illegible]
eni[illegible]
[illegible]
[illegible] ac audito-
[illegible] ſubſellia
[illegible]ata ab his,
[illegible] inter

Inter quos controversia fuerit, nisi summam excedat quinquaginta aureorum nummum, omnesque judices in eandem sententiam convenerint, possunt ipsi absque quadraginta virum Collegio rem decernere, quod si inter se dissenserint vel unus eorum potest intercedere: causaq; illa apud minimum quoddam Collegium agitatur, in quod uterque auditorum magistratus, tresque alii judices conveniunt, qui præfecti sunt judiciis de inventis reb. ibique minores hæ causæ dijudicantur. Quod si universa causa eam summā excedebat, ante nostram ætatem non poterat ad quadraginta virum Collegium res deduci, nisi aliquis auditorum latæ à judicibus sententiæ intercessisset, de eaque ad quadraginta viros retulisset. Nostra vero tepestate lata lex est, qua conceditur illi, contra quem priores judices sententiam pronunciaverint, ut post tres exactos méses, quamvis nullus auditorum intercesserit, possit diem adversario dicere, & ad Collegium provocare, qua lege auditorum auctoritas valdè est imminuta; quæ tum cum intercedunt, nonnihil ad causam obtinendam valet. nam neque tres menses operiri oportet, eorumque inter-

ces-

cessio velut prærogativa judicii videtur esse. Si auditor intercesserit prioribus judicibus diem dicit, Collegium quadraginta virum aditur. Ante nostram ætatem uterque magistratus orabat coram Collegio, sententiamque uterque suam tuebatur. paulatim vero segnitie quadam factum est, ut priores judices, quorum sententiæ intercessum sit, non modo orent, sed ne intersint quidem, cum apud quadraginta viros causa agitatur, dictaque illis per tabellionem die, ut id, quod jus postulat, statuatur, respondeant. mos vero ille, ut auditores primum referrent ad Collegium de causa, cui intercessissent, orationemque haberent, ad nostra usque tempora deductus est. Nunc vero penitus non intercedit, sed patroni tantum eorum, inter quos controversia fuerit, hoc munus defunguntur, tuenturque suorum clientum causas: quibus rebus effectum est, ut dignitas auditorii magistratus, quæ diu illustris fuit, nostris temporibus obscura admodum & imminuta sit. Quadraginta hi urbanarum causarum judices eundem ferè morem servant in judicando, quem à judicibus quadraginta capitalium causarum servari solere

lere diximus,hoc tantum discrimen est, quod in causis,in quibus de capite agitur, & fortunis reorum,nullum certum orandi tempus statutum est. In his verò urbanis litibus præscriptum est temporis intervallum,ultra quod orationem protendere non possunt: hora enim cum dimidia tantum cuilibet oranti concessa est, neque in forensibus iis causis judicandis variæ referuntur sententiæ, ut eam Collegium eligat,quam maluerit, quemadmodum in sumendis pœnis de nocentib. & parvi pretii hominibus fieri solere superius dictum est:sed tantum refertur, an lata prius à judicibus sententia confirmanda sit, vel potius abroganda,de abrogatione refertur, si auditor quis intercesserit. quod si non fuerit intercessum, sed sine intercessore causa ad Collegium fuerit deducta,præfecti Collegii perorata utrinque causa non de abroganda, sed de confirmanda lata sententia referunt. jurati judices omnes in suffragia eunt. Tres item urnæ deferuntur, viridi abrogatur id,de quo relatum fuerit: candida approbatur: rubea verò eis destinata est, quibus nondum liqueat, sed velint causam ampliari. nihil autem decretum habe-

betur, nisi plures quàm dimidii abrogaverint, aut approbaverint, quod si judicibus nondum liqueat, & in neutram partem judicium factum sit, causa ampliata pronunciatur ad alteram diem, qua eadé fere repetuntur, quod si etjam eadem die iudicium pendeat, tertio cogitur Collegium, causa repetitur. qua perorata, utrinque itur in suffragia, neque amplius ulla eorum judicum, quibus nondum liqueat, hadetur ratio. quare nisi paria fuerint suffragia, in alteram partem fit decretum. sive de abroganda, sive de confirmanda sententia lata. Abrogata senté-tia nequaquam adimitur potestas actori, quin de eadem re iudiciũ repetere possit. nihil enim abrogatione statuitur, sed tantum lata sententia antiquatur. confirmatione vero & approbatione rata fit senté-tia, quam priores judices pronunciaverunt, neque amplius provocationi est locus, neque judicium repeti potest super eadem re, nisi causæ quippiam novi accedat. Atque satis hactenus de auditoribus veteribus dictum sit: nunc pauca de recécioribus perstringamus. Hic magistratus in nostra republica non fuit prius institutus, quàm in continentem æstuariis hisce

fini-

finitimam Venetum imperium extendi cœpit. Ad hos à prætorum judiciis provocatio est, aliorumque magistratuum, qui extra urbem populis, qui in nostram venerunt societatem, jus dicunt. Veteres enim auditores utriusque causis urbanis scilicet & exteris, haud quaquam satisfacere poterant. Quamobrem eam appellationem etjam sortitus est, ut novorum sive recentium diceretur. Nam post constitutam rempublicam imperium Venetum extendi cœpit in Venetiam oram, quæ ad veteres dominos, veluti quodam postliminio volens ac libens rediit. Etenim, ut in exordio operis ostendimus, nobilissimi quique provinciæ Venetiæ barbarorum impetum, Italiæque totius devastationem fugientes se in nostra æstuaria recepérũt, urbemq; hanc opulentissimam condidere. Cui etjam nomen Venetiæ indiderunt multitudinis numero: ut posteris testatũ esset, florem nobilitatis omnium civitatum Venetiæ regionis eo convenisse. Igitur cum brevi imperium Venetum crevisset in immensum, unus haud quaquam magistratus urbanis & exteris causis satis esse poterat. Iccirco novus hic institutus est, novumque quadraginta virale Collegi-

gi-

gium. Provocatio quoque, quæ ab aliis, qui foris jus dicunt, fit, ad horum ſubſellia defertur. atque hoc demum Collegio diſceptante omnes ejuſmodi cauſæ diſcernuntur. eadem in omnibus ratio eſt, parque modus hujus magiſtratus & Collegii, quem paulo ante docuimus, ab auditoribus veteribus & Collegio quadraginta virali, urbanarum cauſarum judice, ſervari ſolere. illud tantum jus auditoribus recentibus additum eſt, quod in cauſis, quæ ſummam quadraginta nummorum aureorum non exceſſerint latam ſententiam, de qua ad eos ſit provocatum, moderari queunt, ejuſque partem, ſi ita ipſis videatur, abrogare, partem vero comprobare, dummodo omnes in eandem ſententiam conveniant. quod ea de cauſa inſtitutum eſt, ut exteri homines & advenæ, quorum præcipue rationem haberi debere ſummi philoſophi tradidere, moleſtia levarentur, & ſine magno rei familiaris diſpendio litium exitum invenirent. Hoc jure veteres privati ſunt. neceſſe enim illis eſt, ut aut totam ſententiam approbent, aut totam reſcindant, atque irritam faciant. Si novi parti intercedere poſſunt, reliqui non inter-

ce-

gis cædi jubent, vel in carcerem conjici, prout quemque peccasse constiterit. Potior vero ille magistratus, qui capitis judicum ferre potest, rursus bipartitus est. Nam non iidem judices quærunt de crimine, & quæstioni reum adhibent, ac sententiam ferunt: sed priores, noctis scilicet præfecti, totam prius causam reorum agitant, ac scriptis mandant, quæ testes dixerint, quæque rei vel sponte, vel coacti tormentis confessi fuerint: demum omnẽ causam ad judices proprietatum deferũt. diversus à priori hic est magistratus. hiq; sententiam ferunt, ubi de causa capitis agitur. quod si levius fuerit delictum, ut tãtum virgis cædendus, aut carcere aliquot menses coercendus reus esse videatur, noctis præfecti totam causam expediunt, neq; Collegium quadraginta virale consulunt, sive conjicere quempiam in carcerem voluerint, sive quæstioni adhibere; quod ipsum jus tamen Advocatoris magistratus non habet, verum opus est, ut prius Collegium consulat, atque auctoritate decreti illius Collegii nitatur. neque sine magna ratione hoc ita institutũ videtur fuisse. Nam si pro quolibet crimine. & pro ijs reis, qui homines nullius
pre-

pretii sunt, consilium consulendum esset, incredibile negotium Reipublicæ administrationi conflaretur: sontibus etjam viris major peccandi licentia tribueretur spe impunitatis majore proposita. Ut ergo judicia hujusmodi expeditiora essent ac breviora, Præfecti noctis etjam auctoritatem, qua Advocatores privati sunt, obtinent. Hi noctis præfecti sex sunt: sex itē tem in minimo eo magistratu, cui in infimos tantūm homines, levibusque in criminibus jus est. Capita tribuum civitatis appellantur hi, qui eum magistratum gerunt, quoniam ex unaquaque tribu (in sex enim tribus tota civitas divisa est) tū præfectus nóctis, tum caput tribus eligitur: quo more etjam in Consiliariis eligendis uti solemus, quod superius à nobis minimè omissum fuit. Utriusque præterea magistratus officium est, ut nocturnas excubias per suas tribus agant alternis noctibus, ac vicissim modo præfectus noctis, modo caput tribus, suam tribum circumeant ad gallicinium usque cum publicis stipatoribus & apparitoribus armati, provideantque ne per nocturnas tenebras, quæ majorem licentiam præstare hominibus scelestis solét, cuipiam flat injuria:

neve fur clàm domum quampiam fodiat, aut ne latro ullas per vias grassetur in quenquam, inprimis Venetæ urbis originibus uterque hic magistratus magnæ existimationis erat, postmodum adjunctis novis Reipublicæ magistratibus, prout ratio temporum & commoditas exigebat, horum dignitas & auctoritas est obscurata: summaque potestate ad novos magistratus translata, parva quædam & viliora negotia veluti feces in eorum subselliis resedere. Hactenus de magistratibus, qui capitales causas decernunt, dixisse sufficiat. De forensibus in sequenti volumine dicetur.

LIBER QVARTVS.

MOS ille in Republica Veneta perpetuus semper fuit, ne quisquam magistratus in majoribus causis summam auctoritatem haberet: sed summum illud jus Collegiorum seu Cosiliorum, ut usitatius loquar, esse voluerunt. Ideo in forensibus quoque causis,

quæ

quæ ſummam quinquaginta quinq; nūmorum aureorum exceſſerint, nullius magiſtrat⁹ judicium eſt, à quo non ſit provocatio ad Auditores urbanarum cauſarum, qui lingua vernacula veteres appellātur, & ad Collegia quadraginta virum, de quibus ſuprà commemoravimus. Sed, ut perſpicuè tota hæc judiciorum forenſium ratio intelligatur, ab Auditoribus, qui quidem duplices ſunt, ordiemur. novi enim ſive recentes, atque veteres ſunt. Veteres à vetuſtate nomen ſortiti, quod hic magiſtratus apud Venetos multo vetuſtior ſit, quàm alter: qui non prius in hāc Rempublicam inductus eſt, quàm continentis imperium habuerit, multis ſeculis poſt urbem conditam. Veteres hi auditores eandem ferè auctoritatem obtinent in judiciis cauſarum forenſium, quæ urbanis judicibus diſceptantibus dijudicantur, quàm Advocatores in pleriſque omnibus rebus, ſi qua in parte legibus officere videntur, intercedendi, inquam, poteſtatem habent. cum ergo à judicibus urbanis contra aliquem ſententia lata fuerit, licet illi ab eorum judicio ad auditores provocare. Cauſa ad eorum ſubſellia deducta. & ultro citroq; agitata ab his,

Inter quos controversia fuerit, nisi summam excedat quinquaginta aureorum nummum, omnesque judices in eandem sententiam convenerint, possunt ipsi absque quadraginta virum Collegio rem decernere, quod si inter se dissenserint vel unus eorum potest intercedere. causaq; illa apud minimum quoddam Collegium agitatur, in quod uterque auditorum magistratus, tresque alii judices conveniunt, qui præfecti sunt judiciis de inventis reb. ibique minores hæ causæ dijudicantur. Quod si universa causa eam summã excedebat, ante nostram ætatem non poterat ad quadraginta virum Collegium res deduci, nisi aliquis auditorum latæ à judicibus sententiæ intercessisset, de eaque ad quadraginta viros retulisset. Nostra vero tepestate lata lex est, qua conceditur illi, contra quem priores judices sententiam pronunciaverint, ut post tres exactos mēses, quamvis nullus auditorum intercesserit, possit diem adversario dicere, & ad Collegium provocare, qua lege auditorum auctoritas valde est imminuta; quæ tum cum intercedunt, nonnihil ad causam obtinendam valet. nam neque tres menses operiri oportet, eorumque inter-

ces-

cessio velut prærogativa judicii videtur esse. Si auditor intercesserit prioribus judicibus diem dicit, Collegium quadraginta virum aditur. Ante nostram ætatem uterque magistratus orabat coram Collegio, sententiamque uterque suam tuebatur. paulatim vero segnitie quadam factum est, ut priores judices, quorum sententiæ intercessum sit, non modo orent, sed ne intersint quidem, cum apud quadraginta viros causa agitatur, dictaque illis per tabellionem die, ut id, quod jus postulat, statuatur, respondeant. mos vero ille, ut auditores primum referrent ad Collegium de causa, cui intercessissent, orationemque haberent, ad nostra usque tempora deductus est. Nunc vero penitus non intercedit, sed patroni tantum eorum, inter quos controversia fuerit, hoc munus defunguntur, tuenturque suorum clientum causas: quibus rebus effectum est, ut dignitas auditorii magistratus, quæ diu illustris fuit, nostris temporibus obscura admodum & imminuta sit. Quadraginta hi urbanarum causarum judices eundem ferè morem servant in judicando, quem à judicibus quadraginta capitalium causarum servari solere

lere diximus, hoc tantum discrimen est, quod in causis, in quibus de capite agitur, & fortunis reorum, nullum certum orandi tempus statutum est. In his verò urbanis litibus præscriptum est temporis intervallum, ultra quod orationem protendere non possunt: hora enim cum dimidia tantum cuilibet oranti concessa est, neque in forensibus iis causis judicandis variæ referuntur sententiæ, ut eam Collegium eligat, quam maluerit, quemadmodum in sumendis pœnis de nocentib. & parvi pretii hominibus fieri solere superius dictum est: sed tantum refertur, an lata prius à judicibus sententia confirmanda sit, vel potius abroganda, de abrogatione refertur, si auditor quis intercesserit. quod si non fuerit intercessum, sed sine intercessore causa ad Collegium fuerit deducta, præfecti Collegii perorata utrinque causa non de abroganda, sed de confirmanda lata sententia referunt. jurati judices omnes in suffragia eunt. Tres item urnæ deferuntur, viridi abrogatur id, de quo relatum fuerit: candida approbatur: rubea verò eis destinata est, quibus nondum liqueat, sed velint causam ampliari. nihil autem decretum habe-

be-

betur, nisi plures quàm dimidii abrogaverint, aut approbaverint, quod si judicibus nondum liqueat,& in neutram partem judicium factum sit, causa ampliata pronunciatur ad alteram diem, qua eadé fere repetuntur, quod si etjam eadem die iudicium pendeat, tertio cogitur Collegium, causa repetitur. qua perorata, utrinque itur in suffragia, neque amplius ulla eorum judicum, quibus nondum liqueat, hadetur ratio. quare nisi paria fuerint suffragia, in alteram partem fit decretum, sive de abroganda, sive de confirmanda sententia lata. Abrogata senté-tia nequaquam adimitur potestas actori, quin de eadem re iudiciũ repetere possit. nihil enim abrogatione statuitur, sed tantum lata sententia antiquatur. confirmatione vero & approbatione rata fit senté-tia, quam priores judices pronunciaverunt, neque amplius provocationi est locus, neque judicium repeti potest super eadem re, nisi causæ quippiam novi accedat. Atque satis hactenus de auditoribus veteribus dictum sit. nunc pauca de recé-cioribus perstringamus. Hic magistratus in nostra republica non fuit prius institutus, quàm in continentem æstuariis hisce

finitimam Venetum imperium extendi cœpit. Ad hos à prætorum judiciis provocatio est, aliorumque magistratuum, qui extra urbem populis, qui in nostram venerunt societatem, jus dicunt. Veteres enim auditores utriusque causis urbanis scilicet & exteris, haud quaquam satisfacere poterant. Quamobrem eam appellationem etjam sortitus est, ut novorum sive recentium diceretur. Nam post constitutam rempublicam imperium Venetum extendi cœpit in Venetiam oram, quæ ad veteres dominos, veluti quodam postliminio volens ac libens rediit. Etenim, ut in exordio operis ostendimus, nobilissimi quique provinciæ Venetiæ barbarorum impetum, Italiæque totius devastationem fugientes se in nostra æstuaria receperũt, urbemq; hanc opulentissimam condidere. Cui etjam nomen Venetiæ indiderunt multitudinis numero: ut posteris testatũ esset, florem nobilitatis omnium civitatum Venetiæ regionis eo convenisse. Igitur cum brevi imperium Venetum crevisset in immensum, unus haud quaquam magistratus urbanis & exteris causis satis esse poterat. Iccirco novus hic institutus est, novumque quadraginta virale Collegi-

gium. Provocatio quoque, quæ ab aliis, qui foris jus dicunt, fit, ad horum subsellia defertur. atque hoc demum Collegio disceptante omnes ejusmodi causæ discernuntur. eadem in omnibus ratio est, parque modus hujus magistratus & Collegii, quem paulo ante docuimus, ab auditoribus veteribus & Collegio quadraginta virali, urbanarum causarum judice, servari solere. illud tantum jus auditoribus recentibus additum est, quod in causis, quæ summam quadraginta nummorum aureorum non excesserint latam sententiam, de qua ad eos sit provocatum, moderari queunt, ejusque partem, si ita ipsis videatur, abrogare, partem vero comprobare, dummodo omnes in eandem sententiam conveniant. quod ea de causa institutum est, ut exteri homines & advenæ, quorum præcipue rationem haberi debere summi philosophi tradidere, molestia levarentur, & sine magno rei familiaris dispendio litium exitum invenirent. Hoc jure veteres privati sunt. necesse enim illis est, ut aut totam sententiam approbent, aut totam rescindant, atque irritam faciant. Si novi parti intercedere possunt, reliqui non inter-

cedere: at veteres contra: aut enim toti intercedunt, aut universam integram dimittunt. Hocque pacto exterorum lites breviori spatio dirimuntur, quàm causæ urbanæ: quamvis patronorum & jurisconsultorum versutia, quæ nihil contra fas intactum relinquit, in immensum quævis lites protrahuntur, quod ubique gentium fieri solet, ubi non temerè, sed statuto ordine judicia fiunt. Explicata ferè à nobis est judiciorũ ratio. superest, ut paucis perstringamus eos magistratus, qui primi in causis urbanis jus dicunt, à quibus ad veteres auditores provocationes fiunt, & ad collegium quadraginta virorum, quorum judicum sex sunt subsellia pro qualitate causarum & personarum distributa, nam aut lites sunt de mercatura rebusque ad negotiatores spectantibus, vel de ædibus & fundis quæ intra æstuaria fuerint: aut de possessionibus & agris, quæ in continenti sunt, aut de quibusvis aliis contractibus stipulationibusq; : personæ autem, quæ lites inter se conferunt, aut sunt cives, aut exteri, iiq; aut alterutri inter se, aut alteri cum alteris experiuntur. denique vel cum pupillis res habetur, aut agũt viduæ fœminæ post obitum mariti de do-

tibus recuperandis. ne ergo inter tot diverſorum generum judicia turbatio eſſet, neve aliud alii impedimentum afferret, plura inſtituta ſuere judicum ſubſellia: ita ut quantum fieri poſſet unuſquiſq; pro ratione negotii, & litis, ſuos judices cognoſceret. quæ enim lites ad ædes ſive fundos intra fines Venetiarum, id eſt in æſtuariis poſitos pertinent, hæ omnes à judicibus, qui proprietatum nominantur dijudicantur, quos etjam adeunt viduæ ab hæredibus maritorum defunctorum, dotes repetere volentes. Hancque appellationem habuerunt, quod majores noſtri ea tantum civium ſuorum propria exiſtimarunt, quæ in æſtuariis ſita eſſent, utpote quæ ad alienos dominos non facilè transferri poſſent. Cætera verò in continenti exiſtétia ſive agri ſive domus fuiſſent, ut quæ facilè invitis dominis poſſent auferri, injuriæque magis expoſita eſſent, mobilia dici voluerunt. quod ſi de fundis continentis oræ controverſia fuerit, judices procuratorum ſunt adeundi. iiſdem judicibus cum pupillis, qui adhuc tutores habent, contenditur. qua ex re ipſi judices nomen obtinuerunt: nam apud Venetos curatores & tutores, &

 pro-

procuratores appellari consueverunt. Si item lis de mercimoniis inciderit, & ad mercaturam spectet, subsellia judicũ adeuntur, qui ex ea re judices, seu Consules mercatorum nominantur. hi majori quodam compendio judicant, quàm alii forenses magistratus: quod ea ratione institutum est, ne longioribus litibus impedimẽtum moráve fieret negotiis mercatorum, quæ assiduam quandam operam exigunt. At si inter exteros homines lis fuerit, vel quispiam civium hospiti diem dixerit, opus est ad eos judices accedat, qui ab advenis nomen habent. Cæterę vero omnes causæ contractus ac stipulati, ex quibus quispiam ab alieno sibi aliquid deberi cótendat, idque judicio petat, judicibus veniunt, qui petitionem nuncupantur: hiq; prætoris urbani vicem gerunt. Sunt prætera minimæ quædam, quibus dijudicãdis præfecti sunt judices mobilium dicti. Est & præter hos magistratus alius, qui si quid inventum fuerit, aut olim reconditum aut nuper amissum, num ad ærarium, aut ad privatum quempiam, aut ad eum qui repetit, res ea pertineat, decernit, omnesque hujusmodi controversias dijudicat. Expędita universa judiciorum rati-

ratione ad eos magiſtratus tranſeundum eſt, qui ærarii curam habent, quibuſve pecuniæ publicæ adminiſtratio commiſſa eſt. Hi fortaſſe plures, quam par ſit alicui. eſſe videbuntur, cum pauciores univerſę rei pecuniarię ſatisfacere poſſent. Verum hoc loco animadvertendum eſt patres noſtros ſummam diligentiam adhibuiſſe, ne in adminiſtrandis pecuniis publicis aliqua fraus fieret. arbitrati enim ſunt, ex ærario veluti alimentum univerſis reipublicæ partibus ſuppeditari, quo deficiente ſeu imminuto deficere quoque Rempublicam, aut minui opus eſſe. Quocirca lege ſanxerunt, ut ſi quis civis peculatus damnatus fuerit, perpetua ignominiæ nota ſingulo quoq; anno repetita inureretur. Majori enim Conſilio coacto in concione civium omnium ſtatuta die ab Advocatore omnes illo crimine damnati pronunciantur: ut, qui tãtum ſcelus auſi ſunt, perpetuæ ignominiæ pœnas luant. Sed, ne ab inſtituto longius digrediamur, magiſtratus, qui ærarii curam habent, duorum veluti generum ſunt. Qua ratione publicæ quoque pecuniæ diviſæ ſunt. nam, vel ex publicis, vel ex vectigalibus in ærarium conferuntur: vel

interdum, cum reditus reipublicæ impensis videtur ſatisfacere non poſſe, à civibus pro cujuſque cēſu exiguntur. id quod non raro fieri neceſſe eſt, bellis, quibus civitas noſtra frequenter vexari ſolet aut mari, aut terra ingruentibus, vel cum Turcæ in noſtram ditionem irruunt, quorum impetum non ſine maximo detrimento complures annos ſuſtinuimus, acerbiſſimumque hoſtem in univerſam rempublicam Chriſtianam ſævientem continuimus, vel cum Principes Chriſtiani, quibus imperii Veneti amplitudo quandoq; officit, in perniciem noſtram conſpirant: quemadmodum anno ab hinc xv. accidit, cum omnes ferè Chriſtiani Principes inito inter ſe fœdere in exitium imperii noſtri conſpirarunt. ſed diis benè juvantibus omnes eorum impetus ſunt repreſſi, resque penè collapſa in integrum reſtituta eſt. Duplex ergo cum ſit publicæ pecuniæ genus, duplices quoque magiſtratus ei rei ſunt præfecti. Quidam enim pecuniæ ex cenſu civium collatæ præficiuntur, alii verò reditibus & vectigalibus reipublicæ. Vectigalia quidem exiguntur ex iis, quæ exportantur ex urbe, aut eam importantur. Quædam verò ex civitati-

bus,

bus, quæ in ſocietaté imperii Veneti ſunt adſcitæ. Urbana porro vectigalia, cum propter maximam mercium copiam mercatorumque conventum, tum ob ingentem hominum multitudinem, qui hanc civitatem incolunt, omni omnium opinione majora ſunt. ac mercium quidem, rerumque urbanarum varia ſunt genera: ideo diverſi quoque magiſtratus ſunt inſtituti, prout ſcilicet commodum viſum fuit iis, qui his locandis atque exigendis vectigalibus præſunt: quos ſingulos enumerare ſanè putidum eſt, faſtidiumq; potius afferret, quam voluptatem. quam ob cauſam illos etjam magiſtratus, qui perpetui non ſunt, ſed cum res poſtulat, tum denique creantur, prætermittendos eſſe duco. In ſumma, horum omnium magiſtratuum officium illud eſt, ut caveant, ne per dolum aliquid pecuniæ publicæ avertatur, aut per inertiam pereat. omnes quoque controverſias, quæ ad id genus pecuniæ pertinent, ipſi dijudicant. pecuniam vero omnem, quam exegerint, continuo ad Gubernatores redituum publicorum deferunt. eam enim appellationem is magiſtratus obtinuit, qui huic rei præfectus eſt. Sed ea procuratio, quoniam

magna, atque ampla est non nisi insignioribus civibus deferri solet. qui, ut libentius hoc munus sibi deposcerent, neve demandatum rejicerent, oneri magno atque gravi magnum emolumentum adjúctum est, summa quoque tributa est auctoritas. hi enim apparitores, viatores, lictores, omneque id genus ministrorum reipublicæ creant, quibus omnibus ex ære publico stipendium persolvitur. id vero, quod reliquum fuerit ad quæstores urbanos defertur, ad quem denique magistratum pervenit omnis summæ æris publici, à quibuscunque quæstoribus sive magistratibus, seu illi extra urbem, seu in urbe pecuniæ publicæ exigendæ curā habeant, allata fuerat. urbani hi quæstores eam pecuniam ex Senatus decreto in usus publicos impendunt, eamque in codices accepti & expensi referũt. quod munus quum operosum sit, laborisque non exigui, ideo civibus junioribus committi consuevit: qui tamen, tum nobilitate generis, tum innocentia vitæ clari sint, ne scilicet æs publicum ullo pacto in rem privatam avertatur. Quocirca urbanis quæstoribus jus senatorium est, idem propemodum, quod legitimi Senatores habent.

pe-

pecunia vero, quæ in Reipublicæ angustiis ex censu à civibus confertur, quamvis tandem ad quæstores urbanos omnis confluat, proprios tamen quosdam magistratus habet. Interdum enim de conferenda ex censu pecunia ea ratione fit Senatusconsultum, ut nulla mentio habeatur, neque de restituendo eo ære, nec de aliquo emolumento civibus erogando, qui ex sua re privata eam pecuniam contulerint. Quod tamen raro admodum fieri consuevit: nam plerunque immo potius semper, nisi res contrarium postulet, Senatus reipublicæ ita consultum esse vult, ut privatorum res non negligantur, Promulgatio igitur Senatusconsulto, de pecunia ex censu conferenda facto, temporeque, quod commodum visum fuerit constituto, unusquisque civium intra id tempus eam summam persolvit, quam ex censu debet. exigunt auté Gubernatores redituum, deferuntq; ad quæstores urbanos. at multo sæpius ejusmodi Senatusconsultũ fit de pecunia ex censu cõfereda ut post certum temporis spatium civibus, q ét persolverint, restitui incipiat, aliquo ét emolumento adjuncto: certaq; in eam ré delegantur vectigalia. Interdum vero

Senatusconsultum de collatitia ex censu pecunia ante nostram tempestatem, ita fieri solebat, ut de reddenda nulla fieret mentio, neque ullum certum tempus constitueretur, nisi id commodum reipublicæ fuisset. sed magistratus, qui præfectus mutuis dicebatur, quod nomen adhuc quoq; retinet, acceptam ab unoque civium eam vim pecuniæ in codices referebat: interimque donec restitueretur singulo quoque anno quini nummi aurei pro centenis colatis, veluti vectigalis loco civibus creditoribus numerabantur: quem in usum multa vectigalia erant assignata. Qua ratione priscis bellis facilis erat pecuniæ exactio, quæ ex sensu solvebatur. neque vero iniquum existimari debet, civibus, qui rem familiarem temporib. reipublicæ necessariis consumpserant, aut magna ex parte imminuerant, vicissim aliquid impendi ex reditibus publicis. Nā, quemadmodum partes totius incolumitati consulere debent, ita natura comparatum est, ut totum curam habeat, ne partes magnum incommodum patiantur, sed pro viribus provideat, ut incolumes perdurent, alimentaque illis parata sint, quibus reficiantur, & conserventur. Verum

rum nostra ætate hoc æs alienum reipublicæ adeo ingens erat, ut in illud emolumentum, quod diximus civibus erogari, trecenta ferè nummorum aureorum millia singulis quibusque annis impenderentur. Quorum solutio proximis annis propter angustissima reipublicæ tempora quum intermissa fuisset, tandem quarto ab hinc anno, referentibus Dominico Trivisano Senatore amplissimo, atque Andrea Gritto, cujus Ducis auspiciis nunc Respublica Veneta regitur, sapientissimo atque integerrimo Senatore, factum est Senatusconsultum, ut nulla amplius emolumenti erogandi mentio fieret, neq; in codicibus publicis post id tempus id æris acceptum à civib. referretur. verùm, ne omnino à Republica fraudati esse viderentur, capitis restitutioni, nec non etjam emolumenti, quod ad eam diem eis debeatur, cum mulcta vectigalia assignata sunt, tũ reipublicæ possessiones omnes in agro Rodigiensi positæ, sunt distributæ. Cujus muneris maxima parte nos functi sumus, qui illo tempore magistratum gerebamus, qui ante nostra tempora institutus præcipuè fuerat ad hujusmodi æs alienum reipublicæ minuendum, aut si

fieri posset extinguendum: de quo pauca infrà dicemus. sicque magna pars ingentis, atque incredibilis fere publicæ æris alieni imminuta fuit, nec non privatorũ civium facultatibus satis cõmodè consultum, ita tamen, ut prior ac potior semper fuerit reipublicæ ratio, quam privati cõmodi. quod institutum à majoribus nostris ad hæc usque tempora per manus deductum est. Ut ergo redeamus, unde divertit oratio, Præfecti mutuis eam pecuniam exigunt, quæ à privatis ex censu in reipublicæ usus necessarios confertur: acceptamque in suos codices referunt, ac demum urbanis quæstoribus numerant. Iidemque præfecti curam habent exigendi à quæstoribus urbanis eam summam pecuniæ, quæ quotannis erogari solebat invicem reditus civibus privatis: eamque & acceptam & expensam in suos codices referebant. Pecunia vero, quæ ea lege ex Senatusconsulto erogatur, à privatis, ut certo tempore restitui debeat, à proprio quodam magistratu & exigi, & restitui solebat, nunc universum hoc munus Gubernatoribus rèditus demandatum est. Alius etjam præter hos est pecuniarius magistratus minimè prætereundus, qui

in eam curam incumbit, ut cives ærarios factos, eosque, qui constitutam non persolverunt pecuniam, quam ex censu debent, investiget: eorumque bona publicet, & tandem sub hasta vendat. Nonnulli sunt præterea magistratus pecuniarii, à quibus ærarii cives investigantur: rationesque in publicis codicibus privatorum, ac reipublicæ diligenter inspiciuntur, ne qua fraus publicis reditibus atque ærario fieri possit: quos consulto prætereo, ne tædio lectorem afficiam. neq; enim momenti quippiam habent ad eam, quam potissimum hoc opere mihi exponendam reipublicæ gubernationem institui. Præter hos magistratus nonnulli etjam sunt, qui ad civitatis commodum, & ad bene, beateque vivendum plurimum valét. Ideoque à nobis minimè sunt omittendi. Primi nobis se offerunt monetæ aureæ, argentæque præsides, qua cum externis hominibus civium commercia, & ipsorum inter se maximè continentur: deinde annonæ triticeæ præfecti, itemq; salubritati Venetæ civitatis præfecti, sine quib. vita constare non potest, præterea amplissimi Navalis præsides, Ædiles quoque, qui viarum & pontium, & hujusmodi rerum

resarciendarum curam habent, qui perquam necessarii sunt: postremo amplissimus magistratus, quem Procuratorum Veneti appellant, civitati nostræ longè opportunissimus. De præfectis monetæ nihil est, quod plura dicamus, ejus magistratus illa cura est, ne argentum aut aurum imperfectius, aut impurius cudatur, quam lex statuit: neve nummi sint minores pondere, quàm lex jubet. quod sanctissimè apud nos servatum fuit. quamobrem maximo in pretio apud omnes nationes barbaras, nedum apud Christianos, Veneti nummi semper fuerunt, hodieque sunt. Cæteri namque Principes pleriq; omnes impurius aliquanto argentum & aurum cuderunt, ut facilius impensis satisfacere possent. At nostri constantissimè semper hac in re dignitatem à majoribus acceptam retinuere. Magistratus verò, qui annonæ triticeæ præfectus est, civitati Venetæ perquam necessarius est. etenim, cum nulla propè frumenti vis ex agro Veneto colligatur, quod omni ex parte urbs æstuariis amplissimis continetur, civitasque hominum multitudine abundat, opus est rei frumentariæ magnam haberi curam: ne quãdo populus, cujus commodo

do majores nostri maximè consultum esse voluerunt, rei frumentariæ inopia laboret, nimiaque annonæ charitate prematur. Iccirco rei frumentariæ tres sunt præfecti, qui xvi. mensibus magistratum gerunt, horum est officium providere, ne civitas unquam frumenti inopia laboret, quæ si quando timeatur, Principem, Sapientumque Collegium adeunt, reque inter eos discussa decernunt, quæ ad frumenti copiam comparandam usui esse videntur. Quandoque etjam solet certa merces ex ærario his constitui, qui ex longinquioribus provinciis frumentum Venetias advexerint. Interdum ære publico triticum mercantur à negotiatoribus, qui polliceantur certam vim frumenti statuto tẽpore, atque ex certis etjam provinciis se Venetias delaturos: quod nisi præstent, pecuniaria mulcta plectuntur: quod autem Respublica magno pretio emerit, vili vendit, ut commodo populi atque inopiæ consulatur: qua in re magnam interdum jacturam ærarium facit. De re frumentaria præterea plurimæ sunt leges pulcherrimaq; instituta: quæ si in præsentia recenserem, longius quàm par sit, ab instituto digrederer. Sequitur magistratus

tus is,cui urbis ſalubritas eſt curæ. hujus præcipuum munus eſt, providere ne aliquo pacto ex contagione tabes in civitatem ſerpat. quod,ſi clàm quandoque obrepſerit,ut nonnunquam ſolet accidere, ſedulo operam dat, ne longius vagetur. Quare ædes publicæ ampliſſimæ in æſtuariis ædificatæ ſunt,intervallo trium millium paſſuum ab urbe : quibus finitimi ſunt horti lætiſſimi,eas in ædes, ſi quis ex plebe eo morbo ægrotare cæperit, confeſtim cum tota familia defertur. hi verò, qui cum ægrotante conſuetudinem aliquam habuerant, opus eſt, ne alios inficiant, ut proprios lares deſerant, concedantque ad alias ædes publicas, itidem extra urbem in eum uſum conditas, regione à prioribus longè diverſa; ibique xxxx. dies detinentur: in quibus ſi ſani perſtiterint, civitati ac domeſticis laribus reſtituuntur. ſupellectilis quoq; magna cura habetur,ne ejus cõtagione quiſpiam inficiatur. hic quoque magiſtratus providet, ne quid putridum,aut quod incolumitati civitatis officere poſſit, vendatur:demum id ſedulo curat, ut quàm ſaluberrimè Venetiis degatur. atque hoc præfectorum genus non multo ante noſtram

ſtram tempeſtatem inſtitutum fuit: cum quidem antea creberrime urbs peſtilentia laboraret, adeó, ut plerique omnes vitabis ſæviente proprios quandoque lares deſererent, & in continentem proximam ſecederent, ſed, poſtquam novo huic magiſtratui hæc cura demandata eſt, numine divino favente, nulla pené peſtilentia fuit. interdum quidem, quod in magna hominum undique confluentium frequentia vitari non poteſt, nonnullæ domus infectæ fuerunt, cura veró hujus magiſtratus, Deique auxilio, latius vagari malum non potuit. Nunc de ampliſſimi Navalis præfectis dicendum eſt: quod certé non ſolum Venetæ urbi magno eſt ornamento, ſed etjam univerſæ Italiæ non mediocrem dignitatem affert, immenſum opus eſt & admiratione digniſſimum, in ea urbis regione, quæ præter alias mari vicina eſt, & præterea maximé commoda, ædificatum, ac in tres ſinus, ſeu, ſi malueris, receſſus excavatum: intra quos mare recipitur unico tantúm oſtio tam lato, ut etjam ſatis ſit ad maximas triremes capiundas. Munitum eſt oſtium duabus turribus ex utraque parte, ſuntq; hæ ponte ſublicio junctæ, portiſqué cancel-
latis,

latis,quæ nunquam referantur, nisi quum opus sit triremes educere, seu in Navale inducere,nullibi etjam aditus ad interiora Navalis patet,præterquam hoc uno ostio ingrediétib., primus occurrit omnium quidem minimus, sed amplus tamen sinus,tectis circum ac contignationibus in modum fornicis undique extructus: huc subducuntur è mari triremes, ibique ab omni ventorum ac pluviarum injuria tute,si ita acciderit, ut illis utendum non sit,multos annos incolumes &illæsæ permanent.Novas item sub eisdem tectis ædificant,veteres subducunt & resarciunt: magnum sanè opus,& maximi ornamenti, & ad naves fabricandas utilissimum. Post hunc sinum alius est interior amplissimus,omni ex parte circum ejusmodi tectis,ut dixi, instructus; nec ullum ex eis inspicias triremibus vacuum, sed aut binis plenum,si tecta fuerint latiora;aut singulis,si angustiora. Tertius vero non minor secundo, paulò antè nostram ætaté superioribus additus fuit, isque mœnibus pulcherrimis circunseptus, in eo autem plura sunt tecta ædificata, quamvis non sint omni adhuc ex parte perfecta,verum summa cum diligentia opera datur, ut

illi ædificationi manus imponatur extrema. Tres hi recessus invicem sunt pervii, atque unico muro ambiuntur nonnullis turribus distincto, in quibus vigiles excubias noctu agunt; ne quid detrimenti tam insigne opus vi ignis injecti, seu dolo facinorosi cujuspiam, seu casu quopiam, ut interdum evenire solet, accipiat. Intra mœnia tabernæ sunt armamentorum amplissimæ, universæque nauticæ suppellectilis fabri suas ibi omnis generis rerum, quod ad rem Navalem pertineat, officinas habent. Ibi funditur æs ad tormenta conficienda: magnaque in usum tormentorum vis pulveris conficitur. ut totum in pauca conferam. nihil ad rem nauticam pertinet, quod non in eo Navali reperiatur. ibi videre licet ingentem fabrorum multitudinem, quorum quisque suo munere fungitur. Sunt præterea nonnulla atria bene ampla, in quibus ingens armorum copia, tormentorum scilicet ac telorum, at usus bellicos servatur, ingens etjam velorum, remorum, armentorumque omnium, in suis quæque cellis condita est: ut cum Senatus armandam classem decreverit, omnia, quæ requiruntur ad eam rem prompta, atque parata habeantur.

tur. His rebus, officiisque omnibus præfectus est magistratus, de quo dicere institueram, cujus consilio ac diligentia omnia, quæ ad Navale pertinent, administrantur. is fabros deligit, cum lignarios, tum ærarios, cæterosque opifices, qui ad opus faciundum admitti debet, ac ne quispiam desit officio suo, diligentissimè curat. Huic magistratui pecunia ex ærario ad sustinendos sumptus Navalis numeratur, Collegio tamen prius consulto, rationibusq; apud illos patres relatis. Apud majores nostros, penes quos res maritimæ magno in pretio erant, hic honos magnus habebatur: temporibus tamen nostris magistratus hujus dignitas est imminuta, ac penè cecidit. itaq;, si quando aliqua res extiterit, quam diligentius administrare oporteat, alios cives ac Senatores, summæ dignitatis homines, Senatus Navali præficit, qui jus in priores habeât, eisq; veluti ministris utantur. Postremo loco sunt à nobis recensendi D. Marci Procuratores, amplissimus omnium præter Ducem magistratus: quippe, qui præfinitum tempus non habeat, sed una cum vita terminentur. Huic honori conjũcta est perpetua Senatorii ordinis dignitas, ac

ac jus suffragii ferendi æquum cum legitimis Senatoribus. illud etjam præ aliis omnibus magistratibus obtinuerunt.nã, cum cæteris à seniorib.civibus non cedatur,nisi certis locis,certisq́, subselliis,Procuratorib.ubiq; ide honor præstatur.quocunq; enim loco sedeatur, illis semper ceditur,dignioriique sede semper honestantur:non secus, ac si quovis in loco sui magistratus munere fungerentur.horum officium est tutelam pupillorũ habere, quibus propter ætatem tutela indigentibus, nullus defuncto parente ex testaméto tutor est institutus.veluti ergo publici quidam tutores à Repub.sunt instituti.hi D. Marci Procuratores dicuntur, quod munus cum egregiam fidem, ac sanctitatem vitæ præcipuam requirat, hi cives huic officio delegantur, qui jam publicis ferè omnibus muneribus defuncti, spectatęq́; sunt probitatis; in quo versantes tãquam milites emeriti perpetuam obtinent Reipublicæ administrationem. Priscis téporibus tam magna fuit non tantũ Venetiis, verumet apud exteras nationes,hujus magistratus existimatio, ut pleriq; exteri homines, nedum indigenæ, testamento suo hosce Procuratores hęredum suorum

tutores, ac totius rei domesticæ curatores instituerint, eorum fidei magna pecuniæ vis pauperibus eroganda commissa est. adeo, ut nostris quoque temporibus ingentes opes ab hoc magistratu administrentur, ac pro eorum arbitrio in usum pauperum distribuantur. hic magistratus initio institutus fuit, ne hęreditates civiũ, qui pro tuenda, seu etjam pro amplificanda Republica apud exteras nationes decederent, aut studio rei familiaris negotiis, ac mercimoniis occupati peregrè morerentur, nullo condito testamento, per fraudem quampiam ab hæredibus pupillis averterentur. Qua de causa effectum est, ut civibus illis publicè ea cura demãdetur, de quorum probitate omnib. compertum sit. Principio tres fuere. deinde aucta civitate tres alii additi, hac tamen ratione distributi, ut veteres pupillorum, qui citra rivum magnum, qui urbem mediam interfluit, habitant, curam habeant: tres item curent eos, qui ultra rivum magnum proprios habent lares: dimidiam urbem, alteri, item dimidiam posteriores curent. Tres vero præter hos patroni sunt amplissimi, atque augustissimi tẽpli, quod D. Marco Evangelistæ dicatum est, sub

cu-

cujus numine Veneta Reſpublica bonis legibus aucta eſt. inditionemque imperii crevit. ab his poſtremis tanquam à nobilioribus nomen in omnes deductum eſt, ut D. Marci Procuratores appellentur. De hujus templi ſtructura, de marmorum, columniarumque copia, de porphyritide ac praſio lapide, de opere teſſelato atque aurato, quo tum laquearia, omneſque fornices confecti, tum univerſum pavimentum ſtratum eſt, quia nemo fere mortalium eſt, quin vel viſu cognoverit, vel fama perceperit, nihil mihi ſtatui eſſe dicẽdum. huic inſtaurando templo, ſi qua in parte labaſcit, ejúſque ſacerdotibus, tres hi Procuratores præſunt, operamq; dant, ut pro civitatis dignitate, & pro amplitudine patroni D. Marci Evangeliſtæ Deus optimus in eo templo piè, atque magnificè colatur. hi ſunt, qui præter cæteros magiſtratus meo iudicio perquam neceſſarii videri debent ad benè, beatèque vivendum. Nam, & monetæ cudendæ cura nequaquam negligenda eſt, qua omnium commercia civium continentur, annonęque triticeæ copia ſedulò procuranda. nec minor bonæ valetudinis civium cura habenda, minimèque omittenda via-

tutores, ac totius rei domesticæ curatores instituerint, eorum fidei magna pecuniæ vis pauperibus eroganda commissa est. adeo, ut nostris quoque temporibus ingentes opes ab hoc magistratu administrentur, ac pro eorum arbitrio in usum pauperum distribuantur. hic magistratus initio institutus fuit, ne hęreditates civiũ, qui pro tuenda, seu etjam pro amplificanda Republica apud exteras nationes decederent, aut studio rei familiaris negotiis, ac mercimoniis occupati peregrè morerentur, nullo condito testamento, per fraudem quampiam ab hæredibus pupillis averterentur. Qua de causa effectum est, ut civibus illis publicè ea cura demãdetur, de quorum probitate omnib. compertum sit. Principio tres fuere. deinde aucta civitate tres alii additi, hac tamen ratione distributi, ut veteres pupillorum, qui citra rivum magnum, qui urbem mediam interfluit, habitant, curam habeant: tres item curent eos, qui ultra rivum magnum proprios habent lares: dimidiam urbem, alteri, item dimidiam posteriores curent. Tres vero præter hos patroni sunt amplissimi, atque augustissimi tẽpli, quod D. Marco Evangelistæ dicatum est, sub

cu-

cujus numine Veneta Respublica bonis legibus aucta est. inditionemque imperii crevit. ab his postremis tanquam à nobilioribus nomen in omnes deductum est, ut D. Marci Procuratores appellentur. De hujus templi structura, de marmorum, columniarumque copia, de porphyritide ac prasio lapide, de opere tesselato atque aurato, quo tum laquearia, omnesque fornices confecti, tum universum pavimentum stratum est, quia nemo fere mortalium est, quin vel visu cognoverit, vel fama perceperit, nihil mihi statui esse dicẽdum. huic instaurando templo, si qua in parte labascit, ejusque sacerdotibus, tres hi Procuratores præsunt, operamq; dant, ut pro civitatis dignitate, & pro amplitudine patroni D. Marci Evangelistæ Deus optimus in eo templo piè, atque magnificè colatur. hi sunt, qui præter cæteros magistratus meo iudicio perquam necessarii videri debent ad benè, beatèque vivendum. Nam, & monetæ cudendæ cura nequaquam negligenda est, qua omnium commercia civium continentur, annonęque triticeæ copia sedulò procuranda. nec minor bonæ valetudinis civium cura habenda, minimèque omittenda via-

rum ac pontium, idq; genus ædificiorum instauratio. hæc communia cuique civitati. ista vero ad Venetias magis attinet, rei scilicet maritimæ procuratio ac pupillorum tutela, cum multi civium tum propter publica negotia, tũ propter mercaturæ industriam peregrè profecti diem obeant. iccirco magistratus, qui his muneribus incumbãt publicè, instituti sunt, ut nulla in parte majores nostri communi bono defuisse videantur, si quis diligenter omnem hujus Reipublicæ institutionem animadvertat.

SSSSSSSSSSSSSSSSSSSSSS

LIBER QVINTVS.

POSTQUAM omnis ferè ratio gubernationis Reipublicæ à nobis exposita est, omnesque recensiti magistratus urbani, non importunam, alienamve ab opere rem facturus videbor, si de magistratibus exteris verba fecero: iis scilicet, quibus civitates, quæ in nostram venerunt societatem, regi solebant. postea de militaribus imperiis, ac demum de muneribus aliorum civium, qui pa-

patritii non ſunt ordinis. His etenim expoſitis, extrema manus commodè operi inſtituto impoſita videri poterit. Inſignioribus civitatibus, quæ in Veneti imperii ſocietatem venerunt, quatuor magiſtratus præficiuntur. Prætor unus omnibus jus dicit, & forenſes lites dijudicat, atque in ſontes animadvertit, habet is prætor in judiciis proferendis aſſeſſores homines juriſperitos, quorum conſilio utitur. licet apud prætorem ſit omnis auctoritas. prætor hunc eſt Præfectus, qui militibus præeſt, qui urbem vel agros urbis coluerint. in hos prætori nullum eſt jus, ſed præfectus tantum jus in eos habet. Arcis præterea, mœnium, portarumq; cura præfecto eſt demandata, vectigalium etjam ac redituum omnium tum urbis, tum agri totius. præter hos quæſtor unus, ac duo. hic magiſtratus pecuniam publicam adminiſtrat, impendit, & exigit, habetque codices rationum publicarum. nihil tamen ferè agit, niſi ex mandato præfecti, ac interdum utriuſque, ſcilicet prætoris & præfecti. Ea enim ratio adminiſtrandæ utilior viſa eſt, quàm ſi penes eundem eſſet, & auctoritas & adminiſtratio ærarii. facilius nanque liceret per fraudem

ærarium peculari.id verò pecuniæ, quod reliquum fuerit ab impensis, Venetias ad quæstores urbanos defertur, ad quos, ut suprà diximus, undique pecuniæ publicæ conferuntur. Quartus, qui in unaquaque urbium magistratum obtineat, est custos arcium. alibi unus, alibi plures sunt: hique militibus præsident, qui arcem tuentur, curamque habent armorum, commeatus, & tormentorum, quæ ad munitionem contra hostes in arce posita sunt. neq; tamen custos ita prę-est arci, quin præfecti imperio subjectus sit: cui quidem omne jus, omnisque potestas in hujus generis rebus curandis tributum est. In minoribus verò civitatibus, seu urbibus nullus est præfectus, sed prætor utriusque partes agit. in oppidis quoque, quæ in agris majorum urbium frequentia sunt, solus prætor est, qui jus oppidanis dicat, nullꝰ præterea magistratus. nam quæstores ac præfecti Principum urbium in universo quoque agro jus obtinent. A prætoribus omnibus ad auditores novos provocatio est. Advocatores etjam quandoque sententiis capitalibus prætorum intercedere solebant: sed, quoniam usu plerunque evenire solitum erat,

ut judicia protraherentur, neque ſontes criminum, ac ſcelerum pœnas darent: lata fuit lex à Decemvirum collegio, minime id juris Advocatoribus amplius in ſententiis eſſe, quæ à prætoribus aſſidentibus juriſperitis, quos ſecum comites ducunt, ut ſuprà dixi, pronunciatæ eſſent. Et hactenus quidem ſatis de magiſtratibus, quibus Reſpublica tum domi tum foris adminiſtratur. Verum, quoniam non tantum pacis, ſed etjam belli gerendi ratio habenda eſt, quam univerſam qui neglexere, ut inquit Plato in Politico, libertatem diutius tueri nequiverunt; ideo qui rectè Reipublicæ inſtitutionem poſteris tradiderunt, illud in primis admonuerũt, ut cives inſtituantur ad utrumq; munus, ut ſcilicet bello gerendo idonei ſint, & domi in pace legibus ſubjecti, inſtitutiſque patriis in præclara aliqua functione vivant, ita utramque rem amplectentes, ut virtutes arteſque bellicæ referant ad ſtudia pacis, tanquam ad potiora. unaquæque etenim res eam habet à natura inſitam vim, ut primum bonum ſibi quiſq; conveniens appetat; deinde ut contrario obſiſtat, nitaturque quantum poſſit à ſe injuriam propulſare: quæ res in animante

natura omnium perfectissima, dilucidius dignoscuntur. Nam unicuique animali tributa est vis appetendi, quæ prosequatur id, quod naturæ suę consentaneum fuerit. præter hanc unicuique adjecta fuit vis irascendi, quam Plato in corde atque in præcordiis collocavit, ut scilicet animal quodcunque, ejus virtutis stimulis actum, contrarium naturæque repugnans repelleret. Utriusque igitur partis virtutes, quarum semina in animis hominum natura indidit, civilem virum fovere oportet, & ad frugem perducere, sicque & belli & pacis gerendæ rationem habere. Quæ ratio à majoribus nostris non fuit neglecta, ut quibusdam videri solet: sed, quoniam initio in mari ædificata civitas, quæ multis annis imperium contempsit continentis terrestris belli studiis detineri non potuit, universam se ad maritimũ bellum convertit: in quo egregie operam navavit, & pro tuenda libertate & in hostibus ulciscendis: multaque præclara Venetorum gesta priscis monumentis memoriæ prodita sunt, plurimique triumphi ex devictis hostibus, & eorum classibus superatis reportati: ex quibus facilè quivis intellexerit Venetos in re

ma-

maritima longè præstitiſſe. Victa tandem poſt longum tempus ſuperioris conſilii ſententia precibus finitimorum populorum, quorum quisque ſui reguli tyrannidem, quam diutius paſſus fuit, amplius tolerare non poterat, adhibuit animum Senatus ad continentis imperium, univerſamque Venetiæ regionem pulſis tyrannis, ac paſſim civibus deditionem facientibus, veluti poſtliminio recuperavit: quæ libenti animo redibat ad veteres incolas, ejectis tyrannis exteris, quæ ex reliquiis barbarorum in tota regione conſederant, duriſſimaque ſervitute victos eos populos premebant. Prolato igitur imperio in continentem, præterquam quod bonis legibus, & pacis ſtudiis ii populi erant recreandi, qui nuper venerant in noſtram ſocietatem, danda etjam opera fuit, ut tueri libertatem poſſent, in quam ſe aſſeruerant. Cæterum Venetæ urbis ſitus, utpote, quæ condita eſt in mediis æſtuariis minimè patiebatur noſtros cives impenſius operam dare bello terreſtri, illiuſvè ſtudio diutius detineri, ſine magno periculo ſeditionis civilis. nam cives illos, qui terreſtris belli ſtudiis ſe dediſſent,

majorem anni partem agere in continenti,ibique & equos alere , & terrestribus certaminib. se exercere opus fuisset;quin ut peritiores rei militaris fierent, opus fuerat,si quando domi otium ab armis fuisset,& externabella audivissent, in iisq; animum pariter & corpora durassent , ut in ea functione cum laude versari possent,& patriæ prodesse : secus autem si fecissent,inepti profecto non tantum Imperatores, verum etjã milites fuissent. Hæc vero frequens consuetudo continentis, urbanæque intermissio factionem quandam civium facilè peperisset ab aliis civibus disjunctam. quapropter proculdubio res Veneta brevi ad factiones, ac bella civilia deducta fuisset. Omitto interim quàm magnos spiritus animi civium cõcepissent,cum plurimũ armis potuissent , habuissentque frequentes assectatores: ut hominum natura semper ad malitiam pronior est. quæ res,ut ex priscorum monumentis facilè intelligi potest , semper Romanam Rempublicam vexavit , contumacesque non paucos Romanos cives Reipublicæ legibus & Senatus decretis reddidit , ac demum Julium Cæsarem tyrannum Romani imperii fecit. Ne ergo hu-

hujuſmodi quiſpiam morbus in Venetam civitatem obreperet, ſatius majores noſtri eſſe ſtatuerunt, ut continentis imperium externo potius, ac conducto milite quàm Veneto defenderetur. ſtipendium vero illis ſtatuit ex vectigalibus totius provinciæ. æquum enim erat ejus regionis impenſis militem vivere, qui ad eam tuendam accerſitus fuerat. in hanc militiam plurimi ſocii ditionis noſtræ adſcripti ſunt: quorum nonnulli ad ſummam imperii in noſtro exercitu devenere, atq; ob res egregiè geſtas Veneta civitate, patricioque juri donati ſunt. Viget adhuc noſtra ætate nomen Bartholomæi Coleonii Bergomenſis, viri illuſtriſſimi & ſummi Imperatoris, qui multa præclara bella confecit, ac Venetã ditionem auxit: quapropter equeſtri ſtatua in celebri urbis loco à Republica honeſtatus fuit. Cives igitur Veneti ea de cauſa, quam retuli, terreſtris militiæ gloria privati ſunt, eaq; ad exteros delata eſt. ſiquidem lege cautum erat, nullum patricium Venetum pluribus quam xxv. militibus præeſſe poſſe. hæc tamen lex noſtra tempeſtate ob bella frequentia, quibus vexati fuimus, vi conſuetudinis tanquam abrogata eſt. Cũ

au-

autem terrestre bellum ingruit, nonnulli patricii ordinis cives in exercitum mittuntur, qui, dum bellum urget, temporarium magistratum gerunt; quæstores hi sunt, item legati, qui Imperatori exercitus externo homini semper adstant. neque ei quidquam aut facere, aut decernere licet, nisi ex legatorum Consilio. Bello finito utrique magistratus demum revertuntur, ac in ordinem rediguntur, nec quidquam amplius juris habent. hæcque est belli, terrestrisve militiæ ratio apud Venetos. Bello verò maritimo, ac navali nostra civitas natura magis idonea est, cujus studiis semper Veneti studuere. nam urbs in mari condita parum timere poterat terrestres copias, quæ ei negotium facesserent: ac non modo iniquum, sed etjam valde incommodum erat, comparare exercitum ex civibus, quem in continentem trajicerint, ac finitimos populos bello lacesserent. Verùm à mari quoniam injuria timenda erat, quodque illatam propulsare non erat difficile, ideo universa civitas ad studia rei maritimę conversa est, eoque juventutem legibus instituit, ac totius vitæ consuetudine firmavit. hic enim mos instituendi patrici-

os homines semper fuit, ut à teneris annis usque ad pubertatem sub pædagogi disciplina degerent, ac Latinis literis imbuerentur pro cujusque captu; ab ea ætate, præter paucos quosdam, qui literarum studiis se manciparant genio naturaque ducti, omnes ferè rei maritimæ, ac familiari operam darent, ac alii quidem navigabant ad longinquas oras, ubi mercaturæ industria rem domesticam augebãt, simulque efficiebantur periti morum ac consuetudinis, legumque multorum hominum. plurimi conscendebant triremes armatas, atque à teneris annis & corpus laboribus firmabant, & animum excolebant rei maritimæ disciplina, ac navalis belli peritia. quibus artibus semper Veneti excelluere. Quin lege cautum fuit, quæ usque ad nostra tempora pervenit, ut in unaquaque triremi armata stipendium ex ære publico non exiguum duobus adolescentibus daretur ordinis patricii: quorum officium nullum aliud esset, præterquam imbui disciplina rei maritimæ: utque id facilius assequerentur, quædam illis assignantur exigua munera quibus curandis se exercentes proficiunt, & ad majora capessenda idonei fiunt: gravi-

vibus verò triremibus,sive ad classem , & rem bellicam instructæ fuerint , sive privatim civibus locatæ ad mercaturam , octoni cuique juvenes patricii quandoque attribuuntur : nec mediocre eis stipendiũ constituitur , vel ex pecunia publica , vel ex ære privato,si ad mercaturas locentur, qui nauticis ac bellicis studiis in eis assuescant. Quin etjam privatorum navibus hoc onus legibus impositum est ad publicam utilitatem , ut ex ære domini privati hominis,uni seu duobus,si navis major fuerit,patriciis adolescentibus stipendium solvatur , quorum aliud nullum officium sit , præterquam exerceri muniis nauticis. Concessa quoque ab his adolescentibus facultas est , ut in triremibus onerariis,ac in navibus privatorum , quibus adscripti sunt ferre queant certã mercium summam nullo naulo soluto: quam si non habeant,jus hoc suum aliis concedunt,ac locant. Qua lege consultum fuit non solum exercitationi juventutis , verumetiam utilitati tenuiorum civium , qui angustia rei familiaris premerentur. Quare facilè intelligi potest, rationem instituendæ juventutis minimè à majoribus nostris neglectam fuisse, ut nonnullis vide-

detur:immo in ea navium triremium copia ducenti,& amplius nobiles adolescétes,legis istius beneficio, alienis impensis ad rem nauticam instruebantur: præterquam quod civili consuetudine, ac more patrio quilibet patricius juvenis,aut literis,aut studiis rei maritimæ operam dabat: in qua exercitatione tum sibi plurimum,tum rei domesticæ nonnihil consulebat,ac proderat.Hæ priscæ leges,& hujusmodi instituta etjam nostra tempestate perdurant,licet pleriq; adolescétes ambitione,aut luxu post ampliatum imperium corrupti patrias institutiones neglexerint:ac civium copia adeo crevit,ut nostra ætate ingruentibus bellis, ac rerum domesticarum dispendiis longè plures effecti sint pauperes,quam, ut satis consuli illis queat istius legis beneficio. Ita namque natura comparatum est, ut nihil inter homines perpetuum esse possit:verum cuncta quamvis initio perfectè constituta esse videantur, post aliquot annos natura in deterius labente instauratione indigent: adeo, ut quemadmodum corpus prandio saturatum diutius incolumitaté servare non potest,nisi post aliquot horas cœna successerit:sic in unaquaque re opi-

tulari oporteat naturæ ad interitum labē-ti,atq; inſtaurationem adhibere. Hujuſmodi rationem nos quoq, Deo bene juvante imitabimur,ac aliquod remedium excogitabimus,quo ſit, ut hac etjá in parte nihil ſit in noſtra Repub.deſiderādum. ſed de his hactenus. Nunc à nobis recenſendi ſunt magiſtratus,qui præficiũtur rei maritimæ. Vnaquæq; triremis ad bellum inſtructa præfectum habet virum patritium , qui in ea triremi omnium poteſtatē obtinet,præterquam ultimi ſupplicii inferendi.veluti in terreſtri militia Centurio, ſeu aciei præfectus,eorum curam habent, qui fuerint in ſua acie.Hic triremis præfectus nautas ,cunctaq; , quæ in ſua triremi ſunt, & quæ ad ejus apparatum faciunt, diligenter curat.Quotannis quamvis nulla ſit neceſſitas , Veneti aliquod triremes armant,quæ reddant mare tutũ navigantibus,ſecuramq; navigationem compreſſis piratis præſtent viris bonis, qui res ſuas agunt ſine alicujus injuria. Præter triremium preſides eſt totius claſſis legatus, qui imperiũ habet in univerſam claſſem, & in cunctos triremiũ præfectos. hic veluti legatus exercitus,niſi adſit Imperator, jus habet & capite mulctandi, quos ve-

lit,

lit,& dirigendi classem,quò maluerit.hic quoq; magistratus semper ferè etjã pacis tempore creatur,præficiturq; his triremibus,quæ armatæ sunt. Quod si tempora Reipub.ita postulent ,ut magna classis paranda sit , tunc universæ classi præficiunt Imperatorem,qui tũ in classe,tum in cunctis provinciis maritimis amplissimã potestatem habet;ac eam propè,quam olim in Romana Rep.Dictator retinebat ; nisi quod omnibus in rebus paret auctoritati Senatus &Reipub.decretis.summum tamen illi jus tributũ est, cum in classem præfectos,legatosve classis,tum in prętores ac magistratus omnes,qui cum imperio sunt in locis insulisq; maritimis , ac munus publicum exercent: adeo ut , cum classis imperator ad aliquam civitatem accesserit,continuò ei sacerdotum clerus obviam prodeat, claves portarum & arcium ei dentur,jura prætorum sileant , ab omnibus magistratibus ad Imperatorẽ liceat provocare. Quin,si ita ei libuerit,potest solus jus dicere,solus administrare pecuniam publicam,ac deniq; solus omnium potestatem habet.nullus est apud Venetos magistratus majoris auctoritatis , iccircò raro admodum classi Imperator

præficitur. Non etenim temerè, nisi rerũ necessitas ita exigat, alicui cõceditur tam magna potestas, ut omnia ab unius civis arbitrio pendeant. Hoc in loco ea lex nõ est à nobis prætermittẽda, Imperatorem, Legatum, Præfectumve classis ullum non posse cum triremibus armatis ingredi Venetam urbem, neq; etjam tunc cum in patriam redit: sed cum primum Istriam pervenerit, quæ provincia centum ferè millibus passuum ab urbe distat, stipendiũ nautis ex legis decretis solvi debet, ibique omnes dimitti: deinde triremes à paucis Venetias deduci solebant, ac in Navale subvehi sub tecta in eum usum ædificata, ubi tutæ servantur à ventorum & pluviarum injuria: nunc lex hæc non ita omni ex parte servatur, quemadmodum patrum nostrorum temporibus servabatur. Recensiti à nobis sunt omnes ferè magistratus, quibus veluti coronam & apicem majores nostri imposuere eos, quos vernaculo, vocabulo à Græca appellatione deducto, syndicos dicere consuevimus, nos eos appellamus recognitores, novo fortasse nomine, sed satis idoneo ad id munus explicandum. Hi post quatuor, quinqueve annos creari solent, ac mitti tum in continen-

nentis oram nostræ ditionis,tum in regiones maritimas ac insulas;recognoscuntque gesta omnium prætorum atque aliorum,qui foris publicam potestate habuerint.In quos animadvertunt ea propemodum auctoritate,quæ Advocatoribus tributa est.Nam,ut sapienter Aristoteles inquit,hi,qui in potestate sunt, nisi ex aliis pendeant,ægrè in officio persistunt propter ingenitam cuiq; malitiam. Peregimus jam omnes patritiorum hominum magistratus, quibus Respublica Veneta domi forisque administratur: reliquum est,ut ea ratio à nobis referatur, qua prudentissimi homines majores nostri semper in officio plebem, ac universum populum continuerunt, rem certè suprà omnium fidem,tot annos populum gubernationis publicæ expertem, nunquam patritiorum imperium detrectasse aut ægrè tulisse, nec quippiam unquam molitum esse,ut mutata Reipubl. forma ipse quoq; ad jus publicum admitteretur,immo semper amantissimum atq; obsequentissimū nobilitatis se præstitisse. Verum, si quis præter situs opportunitatem valdè commodi ad Rempublicam tuendam moderationē nostram in regendo animadvertit,

tit, comperiet populum nō omnino repudiatum fuiſſe: ſed ad ea munera fuiſſe admiſſum, quæ ei committi poterant abſq; rei communis detrimento. Ideoq; facilè perſpicere poterit id in hac Republ. temperamentum extitiſſe, quod cæteris hominibus tum priſcis, tum junioribus ſemper defuit. Quamobrem eveniſſe etjam comperiet, ut in cunctis aliis tumultus populares frequenter fuerint excitati, qui tandem omnes Reſpublicas everterint. contra in noſtra civitate ob eam cauſam nullum unquam tumultum popularem, aut ſeditionem extitiſſe. etenim neceſſe fuit, ut in exordio operis dixi, ſi rectè Reſpublica inſtituenda erat, populum à gubernatione Reipubl. excludi. qua in parte majores noſtri non tantùm auctoritaté ſummorum philoſophorum ac rationem ſecuti ſunt, verumetjam imitati ſunt Seſoſtrim antiquiſſimum Ægyptiorum legislatorem, qui, ut in Politicis Ariſtoteles phibet, genere diſtinctos voluit eſſe eos, qui armis regionem tuerentur, quive de bono publico conſultarent, ac judicia exercerent, ab agricolis mechanicasque artes exercentibus, mercenariam operā locantibus. Verum inſtitutum hoc facilè

ever-

evertere rempublicam poterat, nisi temperatio ea adhibita fuisset, quàm majores nostri sapientissimi homines adhibuere. Primum ergo apud Venetos constantissimè hoc observatum fuit, ut omnibus æquum jus esset, neque ulli impunè liceret quenquam, ne de plebe quidem vel infima, injuria afficere: patricium vero hominem contumeliam facere plebeio pro sacri legio, ac scelere maximo semper habitum fuit. Quod si quis temerarius hujusmodi quippiam perpetrare ausus unquam fuit, is sensit se impunè non abiisse: tantoque graviores pœnas dedit, quanto majoris existimationis, dignitatisvè fuit. Præterea diligenter à Senatu consulitur, tum annonæ triticeæ, tum omnium rerum copiæ, quæ faciunt ad victum civium, & ad incolumitatem totius populi : adeò, ut magna interdum dispendia faciat publicum ærarium, ne civitas penuria laboret. quod cuilibet exploratum esse potest ex his, quæ suprà à nobis dicta sunt, cũ de præfectis annonæ triticeæ, ac de curatoribus publicæ salubritatis ageremus. Ac populi quidem hæc duo potissimum requirunt à rectoribus civitatum, ut sc. commodè vivant in rerum copia, neque obnoxii

ſint injuriæ potentiſſimorum civium: quę cum aſſecuti fuerint, res ſuas agunt cæterorum ſecuri. Nihil vero à majoribus noſtris omiſſum fuit, quod ad ea duo pertineret. quin potius multa præterea addita ſunt, quibus mirificè conſulitur populi commodo, atq; eorum hominum inopię, qui in ſtudiis honeſtis Reipublicæ utilib. verſantur, aut olim verſati ſunt, nec amplius per ætatem aut imbecillitatem valetudinis id muneris obire queunt. Nam Venetiis innumeræ domꝰ ædificatæ ſunt ſatis idoneæ aptæq;, rei domeſticæ, quæ hominibus iiſce gratis conceduntur, in quibus cum familia degant quoad vixerint ſine rei familiaris diſpendio. His adde, quod in Navali ampliſſimo, quod vicem oppidi obtinet, conſtitutũ ſtipendium eſt non mediocri hominum multitudini: qui tamen nil agunt, ſeu propter ſenium, ſeu ob incommodum acceptum; cum tamen tunc cũ in florenti ætate eſſent, ſuum munus in ædificandis triremibus, aut in hujuſmodi quopiam munere Reip. utili obierint. Præterea veteri inſtituto in cõtractibus emptionis, venditioniſque mercium pretioſarum alteruter, emptor ſcilicet aut venditor, certum quippiam ſolvunt

pro

pro ſumma mercium:quod pauperib.nautis impartitur., qui amplius ei officio ſatisfacere minime poſſint propter ętatem, quam tamen in ea functione conſumpſerint. Cæterum præter hęc optima inſtituta ad continendam plebem in officio Reipublicæ nonnullas alias leges recenſebimus,quæ ſapientiſſimè mihi à majoribus noſtris inventæ videri ſolent, ut pro eorum hominum conditione ſatisfactum pulcherrimæ ſit ambitioni & honoris cupiditati,quæ in cunctorum animis natura inſita eſt, nec tamen propterea gubernatio nobilitatis ulla in parte perturbetur. Univerſus populus in duo genera eſt diſtributus.nam quidam honeſtioris ſunt generis,alii verò ex infima plebe, ut artifices,& id genus hominum,quod ab Ariſtotele in Politicis ſervorum publicorum eſſe perhibetur.utriſque meo judicio cõſultum eſt,nec incommodè, nec iniquè. Nam plebeis hominibus, qui ſuapte natura parum honori ſtudent, ſed potius rei familiaris ſtudio inſerviunt,ſua quædam jura conceſſa ſunt,ſuique honores. in tot enim claſſes diſtributi ſunt, quot ſunt artificia,in quibus degunt,ac unicuiq; claſſi propriæ quædam datæ ſunt leges, ſub

quibus ſua quiſque exerceret officia. His præficiuntur totius claſſis ſuffragiis ex eorum numero nonnulli, qui non incommode artificii illius præfecti appellari poſſunt. horũ juſſu multæ præſcribuntur, nonnullæque leviores lites horum arbitrio dirimuntur. Quo fit, ut pleriq; omnes artifices cum ejus honoris compotes fuerint facti, in eo munere ſibi placeant, putentque ſe non parum dignitatis eſſe aſſequutos, cum eo pervenerint, ut à ſui ordinis hominibus ea perfectura digni habiti fuerint. Sunt præterea in unaquaq; claſſe quidam præfectis inferiores, qui tamen nonnullius exiſtimationis sũt. hoc igitur modo magna in parte ſatis fit honoris cupiditati, quę indita eſſe videtur animis etjam plebejorum hominum, atque infimæ plebis. Alterum populi genus honeſtius in Veneta civitate honoratiorem quoque locum habet, cui privata quædam, ac propria munera ſunt conſtituta decora atque honeſta, quibus patritii ordinis viri privati ſunt, nec ad ea ulla ratione acceſſum habent, quorum multa ſunt, ut nec patricium hominem, tum propter emolumentum, tum honoris titulum eorũ pœnitere poſſit. Scribarum ordo honeſtiſſimus

mus est,qui magistratibus quibusque assident.id munus plebejis tantum hominibus datur,patricio nulli:quod quamvis illustre non sit,est tamen honestum.eorum namq; fidei & solertiæ codices, scriptaq; publica,quib. res omnis privata & publica continetur,commissa sunt. qua provincia atque munere, qui dignus habetur, is jure optimo & probi viri & industrii nomen habet,commendationemq; apud homines non mediocrem.id autem eorum plerisq; stipendium constitutum est,ut rei domesticæ non tantum tuendæ,sed etjam amplificandæ satis sit.Illi autem, qui sunt à secretis Senatus,omnes ex populo sunt, patricius nullus. Hic ordo superiore honestior est,iccirco illi ex populo, qui nobiliori genere orti sunt, eo munere fungi solent.reditus habent ex ære publico non mediocres, neque ullum Senatusconsultum hos latet. semper namque intersunt & Collegii & Senatus consultationibus; ex qua re in magno pretio ab omnibus habentur. Ex his nonnulli seliguntur, qui Decemviris administrant, eorumque acta in codices referunt, ac conscii omnium sunt, quæ à Collegio aguntur. quo in honore versantur quoad vixerint,

non per vices, quemadmodum patricii viri in suis magistratibus, quorum nullus præter Procuratorium perpetuus est. Horum qui à secretis Senatus sunt, unus primas partes tenet ac Cancellarius Venetiarum nominatur, qui in maximo est honore. Nam à quovis patricio ei loco ceditur, præterquam à Procuratoribus. nullum is Reipublicæ ignorat arcanum: magni quoque sunt ei reditus ex ære Reipublicæ constituti: ac cum diem obierit, funebri oratione honestatur: quæ dignitas nulli in Veneta civitate deferri consuevit, prę-terquam Duci, aut cuipiá civi qui sit extra aleam, ut dici solet, præterea nemini, quasi Cancellarius Ducem ex populo referat. hic unus creatur comitiis magni consilii. cæteri omnes qui à secretis sunt, à Decemviris eliguntur, atque subduntur eorum censuræ, si quid in functione publica, quam habent, deliquerint. Omnes etjam populares cœtus, ut artificium classes & cujusque artificii præfecti, nonnulliq; alii, de quibus infrà dicemus, ex arbitrio Decemvirum pendent, atque eorum ditioni subjecti sunt: illiusque Collegii auctoritate & initio constituti fuere, & nunc continentur, quod sapientissimè institutú

fuit,

ſuit, ut his magiſtratus provideat, ne hujuſmodi cœtus, qui ad bonum publicum ſunt inſtituti, quandoque ſimulatione officii aliquid in Rempublicam moliantur: qui ad ejus morbi cautionem initio creatus fuit, ne qua ſcilicet malorum civium conſpiratio faceſſeret negotium Reipub. Sunt præterea Venetiis quinque ſocietates initæ ſub divorum quorundam nomine & religione, in quibus innumeri homines ſunt, & plebeii & patricii ordinis. Harum ſuas quæque veſtes habent, ſuaq; inſignia, quibus tamen non ſemper ac paſſim utantur, ſed cum ſimul coacti prodeunt, aut ad honeſtandum cujuſpiam funus, aut ad ſacrum quodpiam munus. Feſtis diebus ſtatutis cuncti ferè in ſuam ſocietatem coguntur, ibi ſacris primum interſunt, deinde inviſunt templa deorum immortalium, Deumque optimum ſupplicationibus, pompaque ſolenni venerantur. harum quæque ſocietatum propriam ædem habent, in qua amplum atrium ædificatum eſt, quo ſtatutis diebus cõveniunt, ut exhibeát officiũ religioni, quod debent. Etenim celebrant quandoque ſacra myſteria, interdum ſimul coacti templum cujuſpiam divi inviſunt, ſæpius exequi-

quias ac funus fratris exornant, cum eorum quispiam diem extremum clauserit: cujus etjam delicta expiant sacrificio, ac precibus identidem repetitis. Præter amplissima illa atria singulæ destinatum cõclave habent, in quod coguntur societatum præfecti, qui magistratus est annuus, atque inter plebejos non mediocris dignitatis. hi simul congregati de agendis consultant, dantque operam, ne qua in parte desint bono societatis. eorum quoque fidei magna vis pecuniæ pauperibus erogandæ commissa est, nam priscis temporibus tam ingentis fuerunt existimationis hæ societates, ut plurimi, qui rem suam testamento legaverant in usum pauperum distribuẽdam, hos potissimum tutores fecerint, quorum arbitrio ea pecunia erogaretur, quo effectum est, ut harum societatum aliquę copia facultatum, quæ in hos usus quotannis erogãdæ sunt, Procuratoribus D. Marci minimè concedant: qui magistratus patricius amplissimus est. Ad hunc honorem, præfecturam scilicet istam societatum, patriciis viris nullus est accessus, quamvis sint è numero fratrum, sed plebeji tantum homines illius dignitatis compotes esse queunt,

ut hac etjam in parte populus nobilitatem æmularetur, hi enim ſocietatum præfecti quodammodo in populo referunt Procuratoriam dignitatem. Verum ne qua ratione hujuſmodi ſocietates, atque hi præfecti Reipublicæ officerent, omnes ſub poteſtate Decemvirum continentur: ut ne quid immutare queant, aut in unum cogi præter tempora ſtatuta, niſi ex eorum arbitrio atque auctoritate. Hujuſmodi honores in noſtra Republica viris plebejis utriuſque ordinis conſtituti ſunt, ut omnino expertes non eſſent juris publici ac civilium munerum, ſed ſuæ honorum cupiditati ambitionive hac ratione ſatisfacerent, neque ſtatum nobilium aut odio haberent, aut perturbarent. Quo gubernationis temperamento Reſpublica noſtra id conſecuta eſt, quod priſcarum nulla alioquin illuſtrium, nam à primis initiis uſque ad hæc tempora mille. ac ducentis annis tuta permanſit, non tantum ab exterorum hominum dominatu, verumetjam à civili ſeditione, quæ fuerit alicujus momenti. quod adepta eſt non vi ulla, aut armatis ſatellitibus, ſeu munita arce, ſed æqua, ac temperata ratione regendi: adeo ut populus libenti

animo pareat nobilitati: neque ullã mutationem rerum optet, quin potius egregiè ſit affectus erga nobiles. Quæ res noſtra tempeſtate potuit eſſecompertiſſima. Nam, cum omnes Chriſtiani Principes conſpiraſſent in perniciem atq; exitium nominis Veneti, fuſusq́, noſter exercitus fuiſſet à Ludovico Gallorum rege juxtà Caſſanum oppidum agri Cremonenſis ingenti clade, imminerentq; inde Germani, hinc Julius Romanus Pontifex, atque univerſa penè continentis ora ab Imperio Veneto deſciviſſet: ea rerum anguſtia perturbatus Venetus populus, adeò nihil in nobilitaté eſt molitus, ut lachrymantes omnes ſe, ſuaq; obtulerint ad Reipublicæ defenſionem, reque ipſa præſtiterint. Nam Patavio urbe propter incolarum animum erga nos egregiè propenſum nullo negotio recuperata, cum Maximilianus Imperator undiq; contractis auxiliis ingenti exercitu eam urbem obſediſſet, quàm plurimi non tantum patricii, verumetjam plebeii ordinis ſponte cũ militibus ſtipendio eorum privato conductis ad tuendam illam civitatem profecti ſunt, egregiamq; in ea expeditione operam navarunt: adeo ut Imperator coa-
ctus

ctus fuerit reducere exercitum expugnatione urbis non tentata, nec majore negotio aliæ quoq; civitates recuperatæ sunt, maximo populorum omnium favore ex alieno imperio ad Venetū, veluti ad portum tutissimum, confugientium, clarissimum certè argumentum justæ dominationis, cum volentibus imperatur, quod non absque ratione contigisse, si quis benè attenderit, facilè comperiet. Cuique enim civitati, quæ in societatem Veneti imperii venit, municipales leges relictæ sunt, multisque honoribus cives in sua quisque civitate potiuntur: oppida autem non pauca in agris urbium sita à civibus ipsarum urbium ibi magistratum gerentibus gubernantur. His adde, quod prætoribus civitatum, qui illustres sunt, assident cum jus populo dicunt homines jurisperiti: quibuscum consultant, antequam quippiam decernant, qui honos est non exiguus, nec modicum inde emolumentum ad eos venit. hujus generis magistratibus fungi patricii Veneti non possunt, sed vel ex Veneto populo, vel, ut plerumque, ex sociis civitatibus deliguntur. Ex quibus facilè quivis intelliget, eam adhibitam fuisse in hac Republica modera-

tionem,quæ maximè videatur rerum naturam imitari. Nam in animantis corpore videndi officium, respiciendique munus solis oculis est attributum, reliqua verò munera ignobiliora cæteris membris relicta sunt,quæ usu videndi careant, sed pareant,nec aliquo pacto, obaudiant iis, quæ ab oculis ita esse nunciata fuerint, nevè aliò ferantur,quàm quo oculi ea direxerint: sicquè optimè universum corpus consistit & conservatur. Non dissimili ratione in Republica Veneta summa rerum gubernatio patritio ordini est demãdata, velutí quibusdam oculis civitatis; ignobiliora officia cæteris ex populo: sicque tanquam benè compactum corpus Veneri fælicissimè vivunt,cum oculi Reipublicæ non sibi tantum, sed universis membris perspiciant: cæteræ verò civitatis partes,non tantum sui habeant rationem,verùm etjam hisce oculis,veluti potioribus membris Reipubl. libentissimè obtemperent. Quod si in quapiam Republica eo insanię venerint cives, quod in plerisque contingit, ut populus videndi munere fungi velit, atque oculorum officium usurpet, continuò universam Rempublicam everti necesse est. Quòd si etjã pa-

patricii cives ſibi tantum proſpexerint, alia vero civitatis membra contempſerint, irritato populo ad perniciem nobilitatis proculdubio malè cum Republica, atque adeò peſſimè agetur. noſtri majores naturam imitari utrique incommodo providere, illamque præſtitere moderationem, ut nullus, niſi invidus locum habeant obtrectandi tam rectæ, tamque legitimæ inſtitutioni. Quam Deum optimum precamur diu ſervet incolumem. ſi enim quippiam boni à Deo immortali, hominibus provenire eſt credibile hoc præcipuè divinitus Venetæ urbi obtigiſſe perſuaſiſſimum eſſe debet.





DE ROMANORUM ET VENETORUM MAGISTRATUUM INTER SE comparatione.

GUERINI PISONIS SOACII J. C. PATAVINI.

Ad l. 1. ff. de offic. eius, cui mand. est iurisdict. iuxta ordinem Pomponii Iureconsulti in l. 2. ff. de origine iuris.



IX alius est tractatus magis utilis aut necessarius jurisprudentiæ candidatis, quam hic de magistratibus, quem aggredimur, vix alius rursum quem superiorum temporum jurisperiti magis neglexerint, ac velut clausis ocu-

oculis pertransierint, dum historicam hãc cognitionem tanquàm supervacuam aspernantur, in qua tamen major pars cognitionis juris versatur, nam nõ est quod Romani juris elegantiam rectè percipias, nisi teneas incunabula ejus, & principia, quæ ex magistratuum institutione colliguntur, quod Cajus mira gravitate probat in l. 1. supra, de orig. jur. sed fuerit id temporum vitium, recentiores certè Budeus, Zasius, Cagnolus, Corasius, aliique non incelebris nominis jurisconsulti hoc ita agnovere, ut non aliam juris partem diligentius ac plenius interpretandã putaverint, non minus se totius Romanæ historiæ, quam jurisprudentiæ cõsultos ostendentes, verum quia ita natura comparatum est, ut messor quantumvis diligens efficere non valeat, quin spicilegium relinquatur, ideo non tanquã perfecto operi fastigium imposituri, sed superstites spicas collecturi, accedamus, ne pereant. Investigandum est autem in primis de ordinibus † & gradibus magistratuum. Bart. post gl. in auth. ut ab illustr. quique super eam dignit. tenuit, quod sint quinque, superillustris, illustris, spectabilis, clarissimus, & infimus, seu simplex ma-

1. Quot ordines magistratuum.

magistratus,& hæc est communis scribẽtium sententia,ut per Jas.& Dec. hic. Alexand.vero post gl.tenuit, quod sint quatuor,dempto gradu superillustrium, quẽ sequuntur Rimin.Aquens. Curt. Purp. & Modern.omnes. Magnus ille Alciatus dispunct.lib.3.c. 4. plures esse ordines dignitatum affirmabat ex titulo de perfectis dignit.Cod.lib.12. Placet opinio Guglielm.de Cun.in l.fi.c.ubi Senat.vel clariss. qui tres tãtũ ordines magistratuum enumerabat, majores, medios,&minores, probatur per tex.in auth.de non alien.aut permut.reb. ecclesi. §. fin. ibi, servabunt autem eam, & nostræ Reipubl. judices, majores, minores, & medias habentes administrationes, ad idem est text.in §. illud etjam, auth. ut cum de appellat. cognosc. ibi, veneranda vetustatis auctoritas ita magistratus digessit, ut alii majores, alii medii, alii minores essent. Respondendo dicebat Aquens. hic num.10. quod in juribus supra allegatis enumerantur solum magistratus,qui habent exercitium imperii & jurisdictionis, & sic excluduntur superiores,qui licet habeant majorem auctoritatem, non tamẽ habẽt exercitium contentiosæ jurisdictionis,&

pa-

pariter excluduntur infimi, quasi non sint computandi cum aliis, sed reprehenditur per Gagnol. in utraq; parte solutionis. supra de orig. jur. nu. 231. prima etenim pars confunditur per consequentiam glossæ in l. illicitas, §. qui universas, in verbo jus gladii. supra de offic. præsid. & in hac l. nostra. in verbo tribuũtur. approbata per Bar. & communiter Doct. quæ vult, quod merum imperium competens inferioribus, multo fortius cõpetat superioribus, cum absonum alioquin esset plus posse minores, quam majores magistratus. secunda pars solutionis & ipsa non procedit, quia quamvis essent infimi respectu aliorum, non tamen deberent negligi, sed honorari, cũ sint in magistratu. l. honor. ff. de mun. & honor. Aliter respondet Alex. quod spectabiles sunt medii respectu superillustrium, & infimorum, quã solutionem etjam voluisse videtur Dec. sub diversis verbis, dum dicit, quod illa distinctio est generalis, quæ non excludit aliam divisionem magis particularem, nam medii dicuntur magistratus omnes, qui clauduntur inter duo extrema, etjam quod non sit æqualitas distantiæ extremorum. c. non solum de appella. in 6. ubi Dominic. c. consuluit. de offic. deleg. ubi Ab.

est tex. in l. 3. §. filius inter medias, ff. de lib. & posth. Sed licet istæ solutiones possint procedere quo ad §. fi. auth. de non alien. non tamen correspondent textui in d. §. illud, ut tum de appellat. cognosc. ubi absolutè dicitur, tres esse gradus magistratuum: Fenestel. tamen in altero magistratuum libello tit. de magistr. relig. non spectan. bimembrem fecisse videtur divisionem, cum ait, quod alii majores sunt, alii minores, quam etjam sensisse videtur Aul. Gel. noct. Attic. li. 13. eod. c. majores dicti sunt, qui majora auspicia habuerunt, minores, qui minora. Veruntamen divisio Guglielm. est gratia clarioris & commodioris doctrinæ, juxta ea, quæ scribit Bart. de divisione in l. 1. ad municip. nam & comitia alia erant curiata, alia centuriata, alia tributa, quæ Gel. lib. 15. c. 27. sic declarat, ut comitia curiata sint, cum ex generibus omnium fertur suffragium. centuriata, cum ex censu & ætate, tributa, cum ex regionibus & locis, quæ verba à centuriatis curiata satis separant, at à tributis nó sat apertè, ideo Coras. præter juris scientiam omnium bonarum artium peritissimus, in d. l. 2. de orig. jur. §. postea aucta, tributa comitia solo plebis conventu cóstare

stare dixit, quibus plebs neq; viritim, neq; curiatim, sed regionatim, hoc est per regiones & loca suffragium emittebat, quē locum eo brevius attingere decrevimus, quod eum videamus à doctissimo Sigonio in libro primo de antiquo jure civium Romanorum cap. 17. esse diligentissimè perpurgatum, ubi in binorum comitiorum ratione explicanda, valde diversus est à Nicolao Grucchio pereruditoz, qui & ipse de comitiis commentarios cōscripsit, si tamen Grucchii opinio placuerit, conferrę poterimus ad modum atque ordinem comitiorum Venetorum ab illustrissimo Contareno relatum in sua Repub. Verum posteaquàm Cæsares rerum summam occuparunt, omnis magistratuum creatio ad principem pertinere cœpit, l. unic. ff. ad l. Jul. de ambit. qui nullis comitiis habitis, sed pro virtutum meritis, magistratus & honores deferebat. l. ult. C. de stat. & imaginib. à quo tempore citra, majores hi dici cœperunt, qui potestatem habebant & imperium, reliqui verò minores, l. nec magistratibus, ff. de injur. Sic & causarum aliæ meri imperii, aliæ mixti, aliæ simplicis jurisdictionis, ut videbimus in hac lege, & in l. imperium.

infra de jurisd.omn.jud.licet ad duo tantum genera reduci possunt, nempe imperii & jurisdictionis, Hinc est, quod magistratus alii habebant vocationē, alii præhensionem, alii neutrum, ut ex Capitone refert Aul. Gel. quod cum in ea Capitonis epistola legisset, id ipsum postea in M. Varronis rerum humanarum primo & 20.lib. enaratius scriptum invenisse affirmat, verum potestatem vocationis p̄hēsionisq; nō habere, neq; jurisdictionis erat, neq; imperii, sed vel simplicis & nudæ facultatis, ut ædium sacrarum & operum publicorum curatio.l.si in aliquam ff. de offic.proconſ. vel singularis prærogativæ à lege nominatim alicui tributæ, ut tutoris datio.l.muto, §.tutoris datio. ff.de tutel. Sic & tres ordines in Pop. Ro. constituti Senatorius maximus, Equester medius, & plebejus inferior, l.plebs, ff. de verb. sign.l.unica, C.de equestr.dignit. libr. 12. quamvis duó duntaxat esse possint. Senatorius, & plebejus, quibus medius ordo equitum deinde insertus est, secundum Plinium libro tricesimo tertio capite secundo. qui quo tempore inquit: hoc tertium corpus in Republic. factum est, cæpitque adjici Senatui populoq; Ro.
equestr.

equester ordo, unde Ovid.lib.4. tristium eleg.2.

Plebs pia, cumq; pia lætatur plebe Senatus.
Parvaq; cuius eram pars ego nuper eques.

Ideo autem tetigimus supradictam divisionem, quasi harmoniam tricordem, quo etjam numero noscitur gaudere divinitas, ex ea enim colligemus gradus magistratuum, nam & in ecclesia militanti tres ordines reperiuntur, ut dicit Bal. in c. cum accessissent, de const. & prius Spec. in tit. de jurisd. omn. jud. sic etjam in cœlesti & triũphanti. c. fi. de pœn. dist. 2. latè tradunt Magister Sententiarum & Theologi in secundo sentent. dist. 9. & ibi Bonaven. quæst. 1. tangit; nunquid hi gradus differant specie. latissime Chassane. in catalog. gl. mund. 3. 4. & 5. par. princip. Sed in ipsorum graduum collocatione Cunei sententiam nunquam probare potuimus, dum clarissimos enumeravit post spectabiles, Ideo quid sibi velit Clarissimatus hic titulus, nec non spectabilitatis, & illustratus, paucis dicendum est, res enim parum cognita, & iis, qui sine juris civilis notitia aliis literis claruerunt, & iis, qui alias literas cũ juris civilis prudentia non conjunxerunt. Sciendum

est.

est, quod Julii Cæsaris & Marci Ciceronis sæculo, † familia equestris clara, seu clarissima dici consuevit, neq; eo tempore Consul, vel alioqui senator clarissimi titulo ab equite distingui cœperat, ut apud Cicer. sæpissime, præcipue in Oratione pro Murena, necnon apud Suetonium in Cæsare, & alios latinissimos quosque scriptores, quod ideo fuisse suspicamur, quia licet de patriciis familiis omnes magistratus crearentur, idque à Romulo institutum fuisse testatur Dio. libr. 2. cum ait, Romulum de muneribus patriciorum & plebejorum, lege sanxisse, ut patricii sacra curarent, magistratus gererent, jus dicerent, plebei, quia rudes inopesq; essent, agros colerent, quæstuariisque artibus operam darent, tamen secutis temporibus patricii magistratus cum plebe communicati fuere, si quidem Sextius primus de plebe consul factus est, quod deinde fuit licinia lege cautum. quam C. Licinius, & L. Sextius tribuni plebis promulgarunt, quin etjam Dictaturam in qua summus splendor & amplitudo erat, Censuramq; cum plebe communicatam invenimus, nam & M. Rutilius primus Dictator & Censor, deinde Q. Pompejus & Q. Metel-

2. Clarissimi titul' non distinguebat senatorem ab equite.

tellus uterq; ex plebe Censores facti sunt; quam legem Philo Dictator tulisse fertur, nullusque jam erat magistratus præter præturam, in quo patribus plebs invidere posset, de qua adhuc nulla quærela, nulla plebis vox exaudiebatur, ob eam fortasse causam, quia cum unus prætor crearetur, eum ipsum locum appetere, impudentiæ videretur, itaque cum auctus deinde prætorum numerus esset, tum ne cujus magistratus particeps plebs non esset, prætura plebeis hominibus etjam impertita fuit, sic etjam, licet Senatores soli vetustissima Romuli lege judicarent, exceptis tamen causis, in quibus de pecuniis ob judicandum cœptis ageretur, nam de his ad equites quæstio pertinebat, idq; nó antiquum fuisse. sed equestri ordini tributum est ætate Tit. Sempronii Gracchii, Tiberii, & Caji Patris, Appianus historiæ suę lib. 1. scriptum reliquit, tamen C. Gracchus Tiberii filius Tribunus plebis legem tulit, quam paucis antę annis frater ejus Tiberius ferre conatus erat, ut equites soli judicarent. postea Q. Servilius Cæpio Consul legem tulit, ut cum equitibus, qui antea lege C. Gracchi soli judicaverant, etjam senatores judicarent, & licet multę

postmodum latæ fuerint leges de judiciis, omnes tamen ad duo genera judicum semper equestris scilicet, & senatorii ordinis respexerunt, ut latissimè prosequitur Manutius in libello de legibus, & Sigonius de antiquo jure civium Ro. lib.2. c.18. confirmat, ubi de legibus disputant, quæ ad judicia pertinebant. Sed & tribunatus, licet plebis foret magistratus, secutis inde temporibus, à plebe ad senatum translatus fertur, ita ut senatores, & patricii tribunatum gerere amplissimum munus putarent, quod post Sillæ tempora observatum invenimus, in tantum, ut extra urbem tribuno provincias demandari, illisq; cum imperio præfuisse, fascesq; & lictores habuisse legamus, originē autem potestatis tribunitiæ auctæ credimus ab Attinio inventam, qui plebiscito introduxit, ut quem tribunum plebs creasset, is hoc ipso in posterum Senator esset, auctor Aul. Gel. libr.14. noct. Attit. c.8. Demum Cæsares Tribunitiam potestatem tā cupidè appetiverunt, ut magni muneris loco, proq; Regali potestate illis delata sit, quippe Augustus, ne Regis, aut Dictatoris nomen assumeret, tribunitiam potestatē velut sublime fastigium, & summa potentia sub-

subnixus foret, per septem & triginta annos, perpetuam gessit, quam ét Tiberius in quinquennium accepit, & deinceps Otho & sequuti Cæsares amplissimi, imperii loco appetivere, quanquam tribunitiam potestatem jus ipsarum tribuum interpretetur Anton. Vacca præses provinciæ Venaisinæ vir clarissimus, in l. non ambigitur, de legib. Alio deinde sæculo † sub Augustis, senatorii ordinis homines ab equite, & plebe obscuriore, clarissimorum titulo sejungi cæpere. Quam pridem autem clarissimatus hic cæperit Senatores separare ab equite, etsi non constet, conjectura tamen ducimur ad credendum distinctioné hanc factá fuisse, quando Augustus provincias ita divisit, ut aliæ populi, aliæ Augusti essent, in populi provincias consules mittebantur, & proconsules, vel ét prætores, Cæsar vero in provincias sibi ascriptas, partim cósulares partim ét prætorios, partim ét equestris ordinis viros, mittebat, qui præfecti, præsides, & legati Cæsaris dicti sunt. Quæ autem essent Consulares prætoriæ, & præsidiales provinciæ, in calce sui operis Strabo Amasinus refert, Dio. quoque libr. 53. histor. & Alex. ab Alex. genial. dier. libr. 2, cap. 25. Utcunque sit,

3. Clarissimi senatores.

Se-

Senatores dignitate clarissimos fuisse cō-stat, quod ostendit Lampridius in Severo, qui præfectis prætorii sui, eum tribuisse senatoriam dignitatem tradidit, ut clarissimi (inquit) & essent, & dicerentur, quod in jure etjam apertissimè variis ex locis probatur. l. 2. C. de his, qui ven. ætat. impetr. hinc Ulpianus claram dignitatem senatoriam esse dixit. in l. non est verisimile. ff. quod met. caus. & claram personam senatoris vel etjam ejus uxoris. l. fæminæ, ff. de senato. l. curator, ff. de curat. furios. qui mos loquendi ad Justiniani sæculum pervenit, ut ii, qui supra equestrem essent dignitatem, clarissimi dicerentur generali titulo, constit. prima de emend. C. l. 1. C, de equestr. digni. lib. 12. ideo clarissimi erant & ii, qui senatoria duntaxat impetraverant ornamenta, si senator, vel alius clarissimus (ait Constantini lex in l. si senator, C. de dign. lib. 12.) alios à senatoribus clarissimos hic intelligi non oportet, quàm qui senatoria ornamenta meruerant, ad clarissimatus enim dignitatem omnes hi referebātur, l. 2. C. de domest. & protect. & l. 1. C. de præpos. cubic. lib. 12. sed & ipsorum liberos clarissimos censeri atque appellari, & in clarissima-

tus

tus dignitate numerari dubium non est, d.l.si senator.& l.1.C.de dignitat.libr.12. nempe à claritate generis ut indicat Plinius in Panegirico ad Trajanum,dum dicit, An consularis viri triumphalisque filius,cum tertio consul creatur, ascendit, non debitum hoc illi, non vel sola generis claritate proventum. Et paulo post. An aliud à te quàm senatus reverentia obtinuit, ut juvenibus clarissimæ gentis debitum generi honorem, sed antequàm deberetur,offeres? Fœminis etjam dignitatem clarissimam mariti tribuunt. l. fœminæ.ff.de senat.& sub Heliogabalo fœminã quasi clarissimã loco viri in senatũ venisse legimᵘ apud Lãprid.inHeliogabalo.Ubi tamen citra adulationẽ loquendũ esset,clarissimi appellatio his ascribenda est(secundum Ant. Vac.in rub.de Senat.) qui & senatores sunt, & qui amplissimos honores ac magistratus gerunt, gesserũtve, Cicero enim in oratione,pro domo sua,clarissimos viros principes civitatis sæpe vocat, unde etjam clarissimorum verbo designare solent jurisconsulti viros,senatoriæ dignitatis.l. sed & si.§. 1.ff. de jud.l.patronus.ff.de leg. 3. Clarissimatus formulam † perstringit Cassiod. libr. 4. Formul clarissimatus.

7. variarum. Constat (inquit) jucundum esse rerum bonarum saporem, & utilé ambitum laudis, q appetitur per augméta virtutis, hoc nos studium providę liberalitatis infundimus, ut major sit cultus morũ dum crescunt desideria præmiorũ, clarissimatus igitur honorem, ornamenta judicii nostri, regia tibi largitur auctoritas, quod pbeat & exactæ vitæ testimoniũ, & futurę psperitatis polliceatur augmentũ. Quapropter nihil jã obscurũ agere patiaris, qui clarissimatus dignitate resplendes, grande siquidem vitæ testimoniũ est, non tã clarum, q clarissimum dici, quando pene totum de illo optimum creditur, qui tanti fulgoris superlativo nomine vocitatur.

5. Spectabiles equites. Sed spectabiles quoq; qui dicantur † videndum est, inprimis autem animadvertere debetis, quia Alciat. in l. speciosas, de verb. signif. nec non & Coras. in l. fin. §. senatores, de senat. credunt spectabilem, & speciosum idem esse, & malè judicio nostro, nam speciosæ personæ senatoriæ antiquitus dicebantur, d. l. speciosas, de verbor. signific. ab ornamentis senatoriis nempe lato clavo, & ideo speciosi nomen senatoribus conveniebat, nec de aliis temerè usurpari debuit, spectabilis

bilis autem titulus, his ascribebatur, qui ex equestri erant ordine, ii igitur qui initio senatores non erant, sed ex equestrib. creabantur, spectabiles dicebantur, ut præfecti omnes, hinc Ulpian. in l. 3. ff. de off. præf. vigilum. cohortibus spectabilem virum ab Augusto præpositum dicit, quẽ Dio. libr. 55. ex equestri ordine fuisse scribit, præfectus quoq; Augustalis ex equestribus eligebatur, ideo spectabilis appellatur, in l. 1. C. de privat. carcer. l. quinque summates. C. de decurion. li. 10. Cęterum quia præfecti Augustalis imperium quod ad exemplum proconsulum antiquorum acceperat, latè patebat, l. 1. ff. de offi. præfect. August. ideo illud quoque factum videtur, ut exemplo ejus cæteri non senatorii ordinis viri, quibus universæ Diocæses gubernandæ mandabantur, initio spectabiles dicti fuerint, hoc est, quod Ausonius ait, præfecturam titulo tenuere secundo, conveniunt verba Justiniani Imperatoris, in l. unic. C. de equest. dignitat. dum dicit. Equites Romanos secundum gradum post clarissimatus dignitaté obtinere, ideo Cassiodorus, quid ergo (inquit) de tali honore sentiatur agnosce, quando præfecti viri pro tot lau-

dabilibus institutis, hujus inveniunt præmia dignitatis, & merito, cum tanta pompa ceditur. quæ senatorii quoque ordinis splendore censetur. In formula quoque ipsius spectabilitatis † Optamus nobis Deo auxiliante (inquit) subjectos varia dignitatum prærogativa gloriari, desideramus probabile genus hominum impressa gratia dignitatis ornare, ut laudabilius unusquisque possit vivere, cum se honores reverẽdos cognoverit accepisse, sic enim & ad virtutis studia decenter ascenditur, & à bonis civibus Respub. plus amatur, atque ideo te spectabilitatis nitore decoramus, ut sententiam tuam in conventibus publicis spectandam esse cognoscas, cum inter nobiles decorus adsederis, ut si hæc prædicabili conversatione tractaveris, in futurum præmiis melioribus augearis. Id etjam tenendum est plures penè fuisse, quibus imaginaria quàm quibus vera hæc dignitas contigisset, cùm vel officia alia instar supradictorum spectabilitatis titulo decorata essent, vel codicillis hæc dignitas vacantibus sępenumero cõcederetur.

6. Formula spectabilitatis.

7. Illustres.

Supra hos † posterior ætas præsertim quò propius ad Justiniani tempora accedit,

dit, illustris titulum honorificentiorem adinvenit, ideo de numero clarissimorũ & spectabilium quosdam secrevit, quos illustres appellaret, ut illos, qui à patriciis & consulibus usque ad omnes viros illustres descendebant. l. fin. ff. de senator. Ex spectabilibus autem illustres nominavit præfectos urbi, aut prætorio. l. præcipimus. C. de appellat. l. viros. C. de palatin. sacr. largit, & rer. privat. lib. 12. novas prȩterea quasdam dignitates invenit, aut à parvis initiis ad summa evexit, quas qui adepti essent, illustres dicerentur. Ideo autem dixi de numero clarissimorum, & spectabilium, quia mos non erat, ut à plebe præteritis senatoribus & equitibus ad tales dignitates extollerentur, moris autem fuisse, & quasi per legitimam quandam consequentiam usurpatum, ut qui illustres administrationes acciperent, si senatores non erant, ad senatoriam quoque dignitatem simul assumi intelligerétur, multæ constitutiones & leges ostendunt, & præcipuè, l. ultim. C. ubi senat. vel clariss. quȩ vult quosdam ex his statim senatores censeri, alios post peractam demum administrationem, quòd si senatores, vel ab initio non fuissent, vel per eas

facti non essent, perfectissimi dicebantur, ut Alc. voluit tam lib. 3. dispunct. cap. 4. quam in d. l. speciosas, per titulum de perfectiss. dign. Codicis lib. 12. ubi etjam hoc optime & scientissime ut semper alias declarat. nec non & Tiraquel. confirmat in l. si unquam, C. de revo. don. Meminit etjam ejus rei Amianus Marcellinus lib. 21. prope fin. C. de Constantin. Imperat. loquens, cum ait. Nihil circa administrationum augmenta pter pauca innovare passus est, núquàm erigens cornua militaria, nec sub eo dux quisquam cum clarissimatu provectus est, erant n. perfectissimi. Verum quia Imperatores non clarissimi, ac spectabilis generis homines ad tãtos gradus raro assumebant, aut certe assumptos plerunq; etjam senatores faciebant, ideo rara in iure hujus dignitatis mentio, apud Cassiodorum nulla, ita ut factum esse credamus cur spectabilitatis gradus, qui secundum locum obtinebat, factus fuerit novissimus. Illustres igitur omnes sine dubio clarissimi erant, quia efficiebantur senatores, sed non è cõtra, clarissimi omnes erant illustres. l. 1. C. ubi senat. vel clariss. ibi. Quicunq; non illustris, sed tantũ clarissima dignitate præditus, nisi interdum
for-

forte hæ appellationes cõfundãtur, sunt enim sinonima clarus & illustris. Unde Plinius de viris illustrib. Sueton. Tranqu. de illustribus Grammaticis scripserunt, non alio argumento, quã quo Cicero de claris oratorib. inscripsisse dicitur, in eundẽ sensum accipitur l. 1. C. de præpos. labor. li. 12. l. 2. C. de his, qui ve. ætat. impet. cum l. 1. & 2. C. de tut. illust. vel claris. person. Sanè illustres hactenus dictos esse existimat Alciat. quo ad illustres gererunt administrationes, ubi verò gessissent, clarissimos simpliciter appellatos putat, q Vac. non admittit: ut enim clarissimi utique semper appellari possent, tamen & illustris titulum post peractam quoq; administrationem eis remansisse argumento sunt complures constitutiones. l. fin. §. viros autem illustres. C. ubi senat. vel clariss. l. 2. C. ut dignit. ord. serv. lib. 12. præsertim illæ, quæ illustres judicio per procuratores adesse statuunt. d. auth. ut ab illustr. & l. fin. C. de injur. Quin eorum quoque filii illustres nonnunquam dicti. rubr. & l. fin. C. de tut. illust. pers. Credimus nos clarissimus titulum propriè ordinem senatorium significare, illustratus verò administratione, nam administratio

 nes

nes quidem ipsas illustres vocabant, per illas autem qui eis præfecti essent, dum tamen meminerimus hunc titulum referre non ad personam, sed ad magistratum, si magistratus non sunt perpetui, & ita conciliari potest opinio. Purpur. hic nu. 6. cum opinione Cagno. in d. l. 2. nu. 245. Ratio autem diversitatis inter hos & illos manifesta est, hi enim principis aut populi instar obtinent, & perpetuas ac proprias dignitates acceperunt, illi vero tantisper mãdatas ac veluti precarias potestates gerunt, adeo ut Lotharius tenuerit, magistratus proprium imperium non habere, sed soli principi competere, quod tamen non probamus, post doct. omnes hic, & Bellon. supput. libr. 1. cap. 1. Et licet illustratus vacantis formula legatur apud Cassiodorum, eum tamen perpetuum ho
8. Formula illustrat' vacantis. norem fuisse velle videtur, dum sic ait. † Cape pro fide ac laboribus tuis comitivæ domesticorum illustratum vacantem, ut & tuis civib. decoratus appareas, & quod est dulcissimum mentibus bonis, jugiter propriis utilitatibus occuperis, quid enim fortunatius, quàm agrum colere, & in urbe lucere, ubi opus proprium delectat auctorem, nec aliquid fallendo conquiritur,

tur; dum suavi horrea labore cumulatur. Quapropter nos dedimus delectabilem honorem, tu conversationis associa dignitatem (nam utraque sibi conjuncta sunt, unum pendet ex altero, non coalescunt sparsa semina, nisi etjam terræ qualitas fuerit operata) habiturus messem de nostra gratia copiosam, si à te judicia nostra cognoverimꝰ optimè fuisse tractata.

An autem idem sit † Magnificus quod illustris Aquens. hic num. 14. tenuit quod sic, per textum in §. fin. C. de Justin. cod. confir. & in l. præcipimus, circa finem, ver. sanè. C. de appellat. Item patet, quia magister militum, qui est illustris, appellatur magnificus. l. fin. circa finem. C. de offic. præfect. præt. orient. l. præcipimus. §. penul. C. de appellat. quinimo attentavit firmare, quod plus importat magnificus, quàm illustris, arguendo ex ordine literæ in procem. Cod. in princ. & in l. 1. C. de Justin. cod. compo. & in l. 2. §. quæ omnia. C. de veter. jur. enucleand. & in l. fi. §. viros autem. C. ubi senat. vel claris. & in l. 1. C. de appellat. ac in §. primum quidam auth. de colla. Purpur. hic dicit, quod quantum ad dignitatem magistratus minus est esse magnificum, quàm illustrem, 9. An idem sit magnificus quod illustris.

quia magna faciens licet non sit in magistratu dicetur magnificus, & respondet juribus allegatis per Aquens. quod Magnifici, de quibus ibi, erant etjam illustres, ideo non bene infertur ex eo, quod aliis illustribus præmittantur, sit plus esse magnificum, quam illustrem. In quantum autem dicit ipse Purpur. quod illustris non dicitur magnificus, repræhenditur per Cagn. & bene, propter illa jura ab Aqueñs. allegata, quę appellant eos magnificos, qui in illustri sunt dignitate, nam eo quod tali nomine quis decoratur, præsumedus est magnificus animo, & corpore. In quátum autem dixit idem Purpur. quod magna faciens, licet non sit in magistratu, dicetur magnificus, ultra etymologiam vocabuli, quæ hoc denotat allego textum in l.1.§.ut autem, C.de caduc. tollend. ibi, testator suam magnificentiam relinquebat, hinc est, quod apud Venetos nati ex senatorib. licet non sint adhuc senatores, Magnificentiæ titulo decorantur secundum excellentissimum Mant. jurecósultum clarissimum, ac præceptorem colendissimũ post tractatum, quem fecit de viris illustrib. ubi dicit, ꝙ istud est nomen pulchrius, nobilius, & excellentius, quam

ma-

magnatum, quo utuntur Florentini secundum Bar. in l. 1. col. ult. C. de dignit. li. 10.

Supra hunc gradum illustrium † alium superillustrium tanquàm novum, & ab aliis specie differentem nonnulli constituere, quorum opinio est etjam communis. Pro qua facit text. cum rubr. in auth. ut ab illustr. & qui super eam dignitat. Sed respondent tenentes contrariam opinionem, quod illa rubrica simul cum textu non dicit, quod tales, qui sunt supra illustres appellentur superillustres, nam stat simul, quod aliqui sint super eos, & anteponantur, non tamen habent gradũ dignitatis, qui superillustris appelletur, est enim inter gradus ejusdem dignitatis dare superioritatem & inferioritaté. Sed tamen pro communi induci potest ille textus, in d. auth. ut ab illustr. juncto textu in §. final. auth. de appellat. & intra quæ tempor. ibi, quibus apices dignitatum super spectabilitatem sunt. si ergo illi dicuntur esse super spectabilitatem, qui sunt in gradu superiori ad spectabiles, ergo pariter illi dicentur esse super dignitatem illustrem, qui in superioti ad spectabiles, ergo pariter illi dicentur esse super dignitaté illustré, qui in superiori gradu 10. Superillustres.

ſunt conſtituti, aliàs enim niſi illa verba (& qui ſuper eam dignitatem) importarent ſuperioritatem in gradu, ſuperfluerent, ſi enim de illuſtribus tantum loqueretur ſatis fuiſſet dicere, ab illuſtr. cauſ. civil. comprehenderentur, namq; omnes in eo gradu exiſtentes, ſuperiores, & inferiores, addendo igitur illa verba, ſignificare videtur loqui voluiſſe de exiſtentib. in ſuperiori gradu, & ſic de ſuperilluſtribus. Cagnol. numer. 239. reſpondet, quod text. in §. fin, auth. de appellat. loquitur de illuſtribus, quorum apices dignitatum dicit eſſe ſuper ſpectabilitatem, quia nõ eſt dubium, quod important ſuperioritatem in gradu, cum clariſſimum ſit illuſtres dari: & facere gradum ſupra ſpectabilitatẽ, ſed in propoſito noſtro, dubium eſt, quod maximè torquet doctores, an ſupra illuſtrem dignitatem, ſit dare gradum ſuperiorem, ideo neceſſario non infertur, quod verba prædicta importent ſuperioritatẽ in gradu, cũ poſſint importare ſupioritatẽ in eadem dignitate: nec obſtat, quod de ſuperfluitate objiciebamus, negat enim conſequentiam Cagnolus. quia poterat fortè quiſpiam dubitare, an qui ſunt in gradu illuſtrium poſſint litigare per ſe in cauſis civilibus, quod ibi removetur pro-

hibendo id fieri. Præterea si concluderet tale argumentum, multò fortius dicendũ esset ibi dari vitium superfluitatis, si intelligeremus de superillustribus in gradu superiori, quia si prohibentur illustres ob eorum dignitatem in causis civilibus per se litigare, fortius id intelligeretur prohibitum in superillustribus existentibus in superiori gradu. Secundò pro communi Alexand. adducit textum in l.fin.§.fin.de senator.ibi, usq; ad omnes viros illustres, quia aliàs satis fuisset facere mentionem de illustribus. Respondet Cagnol. nullum esse ibi de superillustribus verbum, sed loquitur tãtummodo ille textus de illustribus, quia illa dictiò usque stat inclusivè, ut ibi per glossam.

Ideò contrariam opinionem scilicet, quod non sit dare gradum superillustrium, & subsequenter, quod primus gradus sit illustrium tenuerunt multi, quos refert Alexand. hic super glo. in verbo tribuuntur, ubi Rimin. Aquens. Curt. ac Purpur. Mod. Portug. in l. imperium, infra de jurisd. omn. judic. num. 46. Alciat. dispũct. lib. 3. cap. 4. & Cagnol. in d. l. 2. num. 231. Pro qua opinione facit textus in l. fin. C. ut dignit. ord. servet. libr. 12. ubi illustres

pri-

primo loco habentur, ergo ultra illustres non datur major gradus, quia primus est, quem nemo praecedit. §. discipuli, prooe. ffiorum. Cui textui non satisfacit solutio Decii, dum dicit, quod non propterea excluditur Papa, & Imperatot, quia eorum auctoritas semper exceptuata intelligitur c. venientes. de jur. jur. l. fin. ubi Bar. ff. ad municip. nam haec ratio non concludit, quod ergo detur gradus superior, immo torquendo possumus dicere, quod si Papa, & Imperator excluduntur, ergo non est major gradus, quia princeps est supra gradus, ut infra videbimus. Pro eadem opinione est melior textus in l. praecipimus in fi. C. de appellat. ubi ab illustrib. appellatur ad principem, unde si daretur grad' superior, ab illustribus ad illos appelllaretur. Cui textui non satisfacit solutio Pauli Oriani. nu. 3. dum dicit, quod argumentum retorquetur, stante regula, quod aplatio gradatim sit interponenda. l. praecipimus. l. Imperatores. ff. de appell. quia licet appellatio devolvatur ad principem, devolvitur, non tanquam ad illum, qui gradum constituat, sed tanquam ad illum, qui sit supra gradus. Opinio igitur communis, quae constituit gradum super-

illu-

illustrium falsa est, ac sine lege & ratione, antecedente maximè, quia ut dicit Alciatus, ista dictio superillustris non est satis latina, nec à bonis autoribus recepta, nullaq; est in jure lex, quœ de superillustrib. loquatur, & certè si esset talis dignitas, Imperator in 12. lib. Codicis, ubi amplum de his dignitatib. tractatum fecit, de ea, prout de illustri, & aliis mentioné habuisset, appareretq; aliqua lex, quæ tales superillustres appellaret, & tamen nulla reperitur, nam quod Valentini, Theodosii, & Arcadii constitutione legebatur in nonnullis Codicibus, superillustris, est cognitio præfecturæ in l. pen. C. de offic. præf. prætor. orient. rectè ab Haloandro correctum esse videtur semper illustris.

Benè verum est, quod superillustris est adjectio quædam & præeminentia † non autem gradus separatus, ita ut vera antiquorum sententia videatur, quosdam esse superillustres qui tamen sint in gradu illustrium, hoc probat tex. in l. 2. C. de senté. ex brevi. recitand. ibi, sed nec sit eis posthac copia corrigendi, vel mutandi exceptis tam viris eminentissimis, p̃fectis prętorio, quam aliis illustrem administrationem gerentibus, cæterisq; illustribus judici-

11. Præeminentia in quocũq; gradu.

dicibus, melius probat text. in l. præcipimus. C. de appellat. ubi à quibusdam illustribus licet appellare, à quibusdam non, hinc est, quod generaliter sic dispositum sæpe invenietis, viros à maximis dignitatibus usque ad omnes illustres aliquid facere posse, vel non posse, quod rectè Accursius descensivè, & inclusive accipiendum esse tradit, aut maximis. C. de nupt. & in corpore unde sumitur auth. quibus mod. natur. effic. sui, §. illud quoque. d. l. fin. de senat. & d. auth. ut ab illustrib. per totum text. & ideo ampliores quasdam appellationes quibusdam attributas esse invenio, ita ut Gloriosissimi, Sublimissimi, Excellentissimi, Magnificentissimi, aut Eminentissimi dicantur. l. 1. §. ad istam C. de nov. Codic. confirmat. l. divo. C. de quæstion. l. si quando C. de appellat. l. sancimus. C. de Consulibus lib. 12. hinc est, quod Imperator præcedit Reges omnes, propter auctoritaté, & præeminentiam, quam habet ab ecclesia ex unctione & coronatione, ut habetur in c. per venerabilem de election. & Dux præfertur Marchioni. & Marchio Comiti. rub. quis dic. Dux. Marchi. Com. Consuetudo tamen Franciæ se habet, quod Comes præcedat

Mar-

Marchionem quæ consuetudo est etjam in Alemania. In Italia vero Marchiones præcedunt Comites, ut dicit Luc. de pen. in rub. de Comitib. consistor. li. 12. C. imo in uno eodemque magistratu ac dignitate datur præeminetia, nam unus Rex præcedit alterum secundum ordinem positũ in Martiniana, de qua fit mentio per Alber. de Rosa. in rub. de stat. homin. Inter Duces etjam datur præeminentia, nec nõ inter Marchiones & Comites. Si abundè quærat quis legere de Ducib Marchionibus & Comitibus Germaniæ videat Frãciscum Irenicum in libro Exegeseos Germaniæ: Ferrarium etjam in præludiis feudorum. De Ducibus & Comitibus Franciæ videat Chassaneum in suo catalog. glor. mund. in 5. par. princip. considerat. 46. De Ducibus Marchionibus & Comitibus Italiæ videat eũdem Chassaneum, in 12. par. princip. consid. 58. Purpur. hic, nu. 225. 239. 633. laudat Ducem Sabaudiæ, qui pro certo laudandus est, cum sit Imperiali sanguine progenitus, & sacri Romani Imperii Princeps, ac Vicarius perpetuus, ut tradit Iacobin. de sancto Geor. in sua investitura, col. 2. ver. dubitatur. Dum hęc scriberem, orta est difficultas inter Ducem

Ferariæ, & Ducem Florentiæ de præcedétia, quæ latè per Excellentissimum Collegium Paduæ fuit discussa. Sed continuando materiam, exemplum dari potest in Senatu, in quo reperitur majoritas & preeminentia, ut inter Cancellarium, Præsidem consilii, & collaterales supremi consilii Illustrissimi Ducis Sabaudiæ, secundum Purpur. num. 9. & tamen non est ibi distinctio majoris gradus cum idem sit consilium, hoc est, quare Pomponius, in l. 4. de Senator. scripserit, quod qui indignus est inferiore ordine, indignior est superiore, & Modestinus tradit, in l. spadonem. §. scire oportet, de excusat. tut. quod si quis senator sit tutor, erit etjam liberorum eorum, qui inferioris ordinis senatores sunt, Sic pariter & in collegio Cardinalium contingit, ut per Cardin. Zabar. in cle. 2. §. irritum, de election. Sed & honoratos trabeæ summitate, pares vero insulis consideratione tantum temporis anteire voluit Valent. in l. 1. C. de consul. & non sparg. lib. 12. quod tempus consideratur ibi, respectu dignitatis collatæ. Apud Venetos tamen & melius, respectu ætatis, sicut apud antiquissimos Romanorũ factum esse legimus in Aulo. Gell. libr. 2.

cap.

cap.15.quem morem eos accepisse à Lacedæmoniis traditum est. Qua de re Valer. Maxi. & Egnat.lib.2.tit.1.de institutis antiquis,alter Romanorum , alter Venetorum. Id quod etjam à summis Philosophis , & præcipuè ab Aristotele in Politicis non est prætermissum,nullius enim simulatis causa est. Erit igitur conclusio verissima: Superillustris titulum esse adjectionem,& præeminentiam, nó autem gradum separatum , nam plus & minus non facit differre specie.l. fin. de fund. instrumentoque legat.& ita in terminis sentit. Bar.in l.imperium , in quinto gradu meri imperii.

An autem superillustris, & Illustrissimus idem sint.† Lancel.Dec. Ias.Aquens. & Cur. dicunt , quod non æquipollent. Dec.vero.nu.2.tenuit idem esse & respódet juribus allegatis pro contraria opinione,dum allegatur text.in §.illo. auth.de appellat.ubi tex.appellat præfectum Illustrissimum,& in l.fi.§.viros, C.ubi senat. vel clariss. nam ibi superlativus ponitur pro positivo,sicut & alias fit. §. fin. cũ gl. inst.locat.l.metum.quod met. caus.Sed ista responsio non satisfacit,quia ibi fit necessario talis interpretatio,ut jura juribus

12. Superillustris & illustrissimus.

concilientur, juxta l. unic. C. de inof. dot. & contra naturam superlativi, quæ est superare in ea qualitate, quam obtinet positivum & comparativum. l. ubi autẽ non apparet, in fin. princ. ff. de verb. oblig. Pro resolutione consideretis quod opinio Ias. procedit, si superillustris titulus superiorem distinctum gradum non facit, sed eo gradu concesso, plus importat superillustris, quam illustrissimus, sic etjam spectabilissimus non plus importat quam spectabilis secundum Aquens. num. 10. qui adducit textum, in l. clarissimos, Cod. de dign. lib. 12.

13. Tituli omnes cõfundũtur. Postremò notandum est generaliter circa omnia prædicta, quòd non videtur bona consequentia, talis Illustris, aut Clarissimus, vel Spectabilis appellatur, ergo talis est, per text. notab. in cle. si summus Pontifex, in fin. de sent. excom. ubi quamvis Pontifex alicui scribendo, illum sub titulo alicujus dignitatis nominet, non tamen censetur constitutus in dignitate illa, & sic ille textus confundit totam hanc materiam. Respondent aliqui Moder. illum textum lòqui in denominatione, quę fit per literas missivas, quarum suprascriptione nihil ut dici solet mendosius, secus

cus quando per modum legis condendæ quis talis appellatur, cessat enim tunc omnis adulandi suspitio. Sed ista solutio confunditur per illummet textum, ibi cóstitutione vel literis. Aliter respondet Dec. quod illa clem. procedit tantum in ecclesiasticis propter intrusiones, quæ fiunt in beneficialibus. Sed nihil est. Aliter respondet Curt. distinguendo, quod aut tractatur de conferendo effectu dignitatis, puta quod aliquis sit Prætor. vel Præses, vel Abbas, & procedit dicta clem. si. quod sola nominatio non sufficit, quia debet demonstrare titulum specialis concessionis, aut verò loquimur de istis dignitatibus ad solum honorem spectantibus. & tunc procedunt ea, quæ supra dicta sunt, rationem diversitatis assignat, quia primo casu tractatur de majori præjudicio. Cagnolus numer. 448. dicit, quod ille textus loquitur in dignitate enunciativè prolata, ut cum summus Pontifex scribit alicui tanquam præposito talis ecclesiæ, vel tanquam episcopo, quia non propterea constituitur in ea dignitate præpositura, aut episcopatus, quia intentio Potificis non est quidquam novi juris tribuere, verum quando præpositus alicui offi-

cio, Illustris, Clarissimus, vel Spectabilis nuncupatur, tunc talis appellatio probat adesse titulum & gradum dignitatis adscriptæ, aliàs argueretur legislator de ignorantia, aut de indebita tituli inscriptione. Ista solutio est eadem Curt. q̃ ét sequi videtur Orian. Sed licet istæ solutiones possint ꝓcedere, nihilominus opinioné Alciati probamus, quia quos volunt illustres esse, nonnullæ leges spectabiles, quos spectabiles, aliæ Clarissimos, nec non & illustres quãdoq; dixerunt. Eam auté varietatis & confusionis rationem fuisse arbitramur in primis, quia accessiones erant officii. Illustribus enim nonnunquam spectabiles administrationes commissæ fuerunt, d. l. si quando, C. de appell. quib. pristina dignitas non minuitur, sed nova spectabilitatis accessione augescit. Eadem ratione credendum est, ex his quoque, qui clarissimi essent, nec non & ex his, qui nec clarissimi, nec illustres erant sed inferiores, quosdam ad spectabilitatis gradũ sæpissimè, atque indifferenter promoveri consuevisse: nam ab Imperatoribus in provincias illas, quarum sibi curam suscepissent, Præsides, vel Legatos destinatos esse, interdum senatorii, nonnunquam infe-

fe-

ſerioris ordinis viros ſupra diximus, & ideo hæc appellatio poſtea in ipſis ſatrapiis & adminiſtrationibus perpetuo manſit, & ab eis duci cæpit, ſive Clariſsimi eſſent, qui eas gererent, ſive etjam illuſtres, à quibus an perinde ut ab illuſtribus, an vero ut à ſpectabilibus appellari oporteat Juſtiniani conſtitutiones diffinierunt in d.l.ſi quando, & in d.l.præcipimus. C. de appell. necnó, & in auth. de appellat. § illo. Hanc etjam varietatem & temporis & loci ratio attulit, unde magiſtratus minores ad excelſiorem paulatim dignitaté aſcendiſſe, quandoque majores ad inferiorem deſcendiſſe, legimus, donec omnes ferè mutarentur in aliam formam ut ex Pomponio videbimus. Illuſtrantur etjam magiſtratus ſecundum viri merita, & anteactos honores, nam legimus de Epaminonda, quod cum ſibi per invidiam & cótumeliæ gratia, ſordidus quidam, & contemptus magiſtratus ſibi delegatus eſſet à Populo Thebano, non aſpernatus eſt, aſſerens. Non ſolum magiſtratum oſtendere virum, ſed virum viciſsim oſtendere magiſtratum, itaque geſsit, ut deinceps tanquàm honeſtum munus à multis ambiretur, cum antea nihil fuiſſet, quam cura

ſor-

ſordes ejiciendi ex angiportis. Varietas etjam colligitur reſpectu dictantis: nam majori titulo decorandus eſt magiſtratus, ſi à minori, vel etjam à pari fiat denominatio tituli, quam ſi à ſuperiore ut hic Dec. innuere videtur. Sed illud præcipuè tenendum eſt, majoritatem & minoritatem conſiderari debere diverſis reſpectibus, ut etjam interminis conſiderat Decius in c. ſanè, el. ſecundo, de offic. delegat, in 3. notab. per illum textum ibi, in cauſa illa ſuperior eſt & major illis, quorum cauſam ſuſceperit terminandam: facit text. in l. 1. C. de offic. Vic. ibi, in civilibus vicarios convenit an teferre comitibus militum, per quem textum dicit Alex. in l. Centurio, ff. de vulg. & pup. quod in actibus doctoreis doctor indubitanter præfertur militi, & Rom. in ſingulari 361. quod, qui eſt doctor & miles in actibus doctoreis debet uti veſte doctorea, & in actibus militaribus veſte militari. Et ideo Cardinalis præfertur epiſcopo reſpectu officii. Bart. in l. 1. §. ſi quis, ff. de appellat. Abb. in c. 2. de cler. non reſi. licet Epiſcopus reſpectu ordinis ſit major Cardinale non Epiſcopo. Barb. in conſ. primo volumin. 1. ex quo infertur,

quod

quòd cum agitur de his , quæ sunt ordinis , Episcopus est supra alios ordines , & ideo dicitur habere serenitatem Pontificalis dignitatis. clemen. plerisque , de elect. Sed si Episcopus sit in curia Principis pro alia causa , quam pro respicientibus ordinem,tunc non debet considerari ut Episcopus,ut deEpiscopo qui est in studio scribit Dom.de sanct. Gemin.in c.à collatione,de appel.in 6. dicens,q nó præcedit Rectorem in actibus scolasticis cum non sit ibi ut Episcop9. Ex his spetialius sequitur, quòd si Episcopus sit consiliarius Principis , prout esse potest. auth. habita & ibi no. Bal. C. ne filius pro patre & ibi Mod.repetentes latè declarãt, quomodo possit interesse consilio principis condentis legem , ex qua veniat imponenda pœna mortis , isto casu Episcopus tenebit locum , quem teneret alius similis consiliarius , cum ibi intersit tanquam consiliarius,non tanquam Episcopus,Huc quoque pertinet quod tradit idem Domin.in c. Episcopus, 17. dist. de Abbate , qui est minor ordine, major tamen dignitate,ex hoc inferens quod Archipresbyter licet præcedat Archidiaconum in divinis,Archidiaconus tamen ex-

tra missam præcedit eum, loco, voce, & jurisdictione, quod etjam decidit Barbat. libr. 2. consil. 5. per totum, ut jam mirari quis non debeat, si minores quandoq; in majores potuisse legamus, l. ille a quo, §. tempestivum, ff. ad Trebell. licet alioquin par in parem, multoq; minus inferior in superiorem neque potestatem habeat, neque imperium, l. nam magistratus, ff. de arbitr. cap. cum inferior de majoritate & obedientia.

14. Triplex ordo Venetiis ut olim Romæ.

Hæc satis hoc loco † dixisse sufficiat, quæ si ad Venetorum Rempub. revocabitis, jam liceat vobis imagine Reipublicæ Roman. adumbrare. Nam sicut Romæ ab initio Nobiles & Plebei fuerunt, quibus medius ordo equitum insertus erat, ita apud eos atque adeo bonam partem Europæ, tres hodie sunt ordines, Nobiles, Cives & Plebei, Popularesve, Senatores Clarissimi, ex illisque nati Patricii & nobiles dicti fuere, l. 2. ff. de excus. tut. l. 1. C. de comi. l. mulieres, C. de dignit. l. fin. C. de incol, ita nunc Nobiles Patricii & Magnifici dicuntur, Clarissimi vero Senatores, vel qui senatoria munera obierũt. Illustris autem titulus incognitus apud eos, nisi referatur ad magistratum, gravissima etenim

nim ratione ſtatutum fuit, ne magiſtratus continuentur: ſicuti etjam apud Romanos lege cautum fuiſſe proditum eſt, cujᵒ legis verba adſcribit Cicero libr. 3. de legibus. Eſt etjam præceptum Philoſophi libr. 5. Polit. cap. 8, & lib. 6. cap. 2. Extantque exempla venerandæ vetuſtatis, quibus intelligi poteſt, multos prudentes, ac certè bonos viros, recuſaſſe perpetuum magiſtratum, etjam cum offeretur, nec deſunt leges, quibus interdicitur, ne quis honorem continuet, aut repetat, eſt text. in l. honor. §. gerendorum. ff. de mun. & hon. in l. 2. cum tot. tit. C. de mun. & hon. non conti. lib. 10. ubi ponuntur intervalla temporum, quæ poſtremis legibus in id ſtatuta ſunt, & in §. ult. auth. de defenſ. civi. ubi inter cætera textus eſt ſingularis, quod unus tantum de collegio poteſt impedire, ne quis continuet eundem magiſtratum, ét ſi cęteri omnes conſentiant, id enim fieri non poteſt, niſi cuncta civitas reluctante nullo eum elegerit, hæc enim ſunt verba illius textus, qué ad hoc expen dit Bar. in l. omnes populi. 2. q. pri. ff. de juſt. & jur. & in l. quod major. ff. ad mun. Ang. qui illum textũ dicit ſingularẽ, in l. & ſuum §. hodie. ff. de pac. & in conſ. 280.

Rom.

Roman. qui & illum dicit singularem in rubr.de arb.col.6.vers.limita primo locū non habere, & singulari suo 95. heri fui interrogatus,latissimè confirmat & exēplis & legibus Tiraquel. in princi.l.si unquam. C.de revoc.donat.num.4. Cives vero spectabilitate decoratos esse credimus, cum illis munera quædam propria sint constituta,decora atque honesta,quibus patricii ordinis viri privati sunt, nec ad ea ulla ratione accessum habent, quorum multa sunt,inter quæ illa, quæ sunt à secretis,sunt præcipua,conveniunt verba Cassiodori in formula spectabilitatis,Sed & subditos ac dignitate ornatos esse arbitramur cum & ipsi rem judiciariam administrent,vel tanquam assessores,vel tāquam pedanei judices. Illustres autem administrationes regulariter clarissimis, nonnunquam etjam spectabilibus committi infra ostendemus, dum magistratus recensebimus.

Resp. Rom. quam diu fuit libera ex tribus illa quidem Reibpu.generibus(quēadmodum docet Polibius) constabat, βασιλεία,ἀριστοκρατία,δημοκρατία,sed multo tamen maximam partem obtinuisse videtur δημοκρατία,quanquam enim regiæ po-

testatis species quædam in Consulum Imperio, in Senatus vero potestate optimatum principatus quodammodo agnosceretur, populi tamen tanta erat auctoritas supra omnes magistratus & Senatũ, ut nó immerito dici possit omne imperium omnem denique potestatem illius Reipub. penes populum fuisse. Hæc à me eò dicũtur, ut ostendam Venetos quoque eam tẽperiem adhibuisse, eamque mixtionem omnium statuum, ut hæc una Respublic. & Regium principatum, & optimatum gubernationem, & civile item regimen referat; Dux enim regiam præ se fert potestatem, præsertim cum regiam speciem habeat, ac gravitatem, dignitatemque Regis servet, Senatus verò & Decemviri ostendunt quandam optimatum speciem, at universus nobilium conventus, seu ut dicitur Magnum Consilium, penes quod summum totius Reipublicæ jus est, à quo etjam Senatus magistratuumque omnium auctoritas, in Republ. vicem refert popularis status, eo tamen temperamento, ut id quod est optimatum superet rationem popularem.

15. Supra gradus Imperator.

Supra gradus constituitur Imper. De Imperatore † dicit Bald. in libr. 1. Cod. de

de jur.ann.aur.quod est inter omnes principes sæculares mundi primus, & supremus omnium, l. penult. ubi Bald. C. de bon. quæ liber. & omnes jurisdictiones derivantur ab eo, sicut à fonte, ut dicit idem Bald. in cap.1.quis dic.Dux.Mar.& Com. Iaſ. in l.1. C.de sum. Trinit. & fid. Cathol. Ferar. in præl. feudor. allegatur pro ista opinione textus,in l.1.ff.ad l.Jul. de ambit.ubi creatio omnium magistratuum ad principem spectat. ad idem est text.in l.sacrilegii. C. de diverſ. rescript. ubi textus dicit esse sacrilegium obstare principi super quacumque dignitate,cum ergo sit principium & fundamentum dignitatum,nõ debet facere gradum dignitatis,sicut dicitur de stipite, à quo gradus proveniunt, c. quod dilecto, cum gloſ. de conſan. & affin. Confirmat Rimin. quia unus non est numerus, sed principium numeri,l.si quis ante ff.de acq. posseſ. ubi gloſ.pen.& uxor non est affinis, sed principium affinitatis,l.non ideo minus, C.de hæred. instituend. debet autem esse differentia,inter dantem & accipientem. cap.fin.de instit.Barto.& Roma. & nonnulli alii, Imperatorem in gradu Illustriũ numerant,per tex.in ca.solitè,de majori-

ta.

ta. &obedien. ubi Imper. dicitur Illustris, & in suprascriptione Illustrissimus. Respódet Alex. & Jas. quod ille tex. loquitur de Imperat. Græcorum, qui non est propriè Imperator, secundum gl. in c. venerabilé. de elect. Sed Dec. n. 5. rephendit, quia Papa ibi scribit Constantino Imperatori, qui erat verus Imperator illo tempore, quia nondum erat translatum Imperium in Germanos, & Summus Pontifex ibi fatetur Constantinum Imperatoré cui scribit, habere plenam potestatem in temporalibus. Sed Dec. deciditur, tum quia suprascriptio dicit Constantinopolitano Imperatori & non Constantino, maximè cum nullus Imperator neque Constantinopolitanus neque Germanus fuerit nomine Constantinus tempore Innocentii III. tum etjam quia Innoc. III. fuit Pontifex cetesimus octuagesimus quartus, trãslatio autem Imperii in Germanos, facta fuit tempore Gregorii V. qui tulit sanctionem principum electorum, in deligendo Cæsare, is autem fuit centesimus quadragesimus sextus Pontifex, si autem loquimur de translatione in Francos, adhuc per multum tempus ante facta fuit à Leone III. Pontifice nonagesimo nono, qui

Ca-

Carolum Magnum Francorum Regem, Imperatorem creavit. An autem Constantinopolitani Imperatores, qui post Carolum Magnum imperarunt, justi fuerint Imperatores, dubitat Vac. in l. 1. ff. de constit. princip. Ideo aliter, & melius respondet ipsemet Dec. quod respectu Summi Pontificis, qui scribit Imperatori, dicitur illustris, sed respectu inferiorum, aliud est. Quam responsionem supra probavimus, hinc Papa appellat Regem Franciæ excellentissimum. c. excellentissimus. 11. quæst. 3. & eodem modo appellat Regem Vincestriæ, in c. 1. de probat. sicut etjam dixit Imperatorem Illustrissimum, in d. c. solite, ubi etjam Magnificum appellavit. Placet etjam opinio Cagnol. numer. 250. quod Imperator rectè potest magistratus nuncupari, non circumscriptivè, prout Bart. & alii voluisse videntur, cum sit supra omnes gradus à quibus alii magistratus procedit, sed generaliter à vi verbi, Magistrari enim est moderari & regere, ut inquit Fenestel. quod maximè convenit prædictis, & ideo licet quod Imperator sit supra gradus, tamen decoratur epithetis, quibus decorantur etjam alii magistratus, quæ tamen epitheta non altrin-

gunt

gunt eos in aliquo magistratuum gradu, quia qui major est, utique etjam minor est, arg. reg. cui licet, de reg. jur. in 6. & in l. non debet cui, infrà eo. illo titulo, facit text. in l. cum furti. de in lit. jurand. & in l minus. de verb. signi. & in l. illud. §. minus, de tribut. nam & illud dicitur tale, quod est magis tale, ut nov. Bal. in l. fi. co. 2. C. com. de leg. Ideo in c. nulli fas. 25. q. 1. Imperator. Quo titulo aliquando Imperator decoratur. l. Titia Seio. §. Lucius. ff de leg. 2. nec non & Christianissimus dicitur, in l. inter claras. C. de sum. Trinit. & fid. Cathol. sed communiter nunc Imperator serenissimus nuncupatur, in l. 1. C. ut nemin lic. in emp. sp. lib. 10. de celsitudine & majestate Imperiali est textus, in l. fin. C. de consul. libr. 12. & in procem. instit. & de celsitudine, in § filius, instit. quib. mod. jus patr. potest. solvit. hoc modo debet intelligi, quod tradit Laur. de Aquil. in li. de epitethis dicens, hæc nomina Serenissimus, Invictissimus, Excellentissimus, Christianissimus, Victoriosissimus, Inclitissimus, Illustrissimus, cõvenire Imperatori.

Quod diximus de Imperatore † extendunt Orian. nu. 4. & Nig. nu. 10. ad Reges superiorem non recognoscentes, fa- 16. Rex.

sit, quia Reges in suo regno æquiparantur Imperatori in suo Imperio. Bald. in l. exemplo, col. fi. C. de probat. & in l. peni. C. de don. inter vir. & uxor. tradit Alex. in in l. Centurio, ff. de vulg. & pupi. & in auth. ex testam. C. de colla. & in l. quamquam, C. de testam. milit. Ias. in præludiis feudorum, nimirum si Imperator vocat se regem, in l. final. C. de legibus, ibi regalem sensum contemnat, & ideo dicit opportunè Corset. in tract. de reg. potest, q. 21. quod si Rex non recognoscit superiorem & sit monarcha in suo regno, quod cõveniunt ei tituli Imperatoris. Ias. tamen & nonnulli alii tenuerunt, quod sint illustres, per text. in c. novit. de judic. in verbo, illustri Francorum Regi, & in c. novit. de appellat. ultra Jas. addatis tex. in c. ex speciali, de Judæ. ibi erga illustrem Regem Portugalliæ. Dec. in d. c. novit. respõdet, quod illud est, quia denominatio fit à superiore, secus quando ab inferiore, arg. c. antiqua, de privileg. & c. volẽtes, de off. legat. & supra probavimus. Vel etjam possumus respondere, quod non propterea astringuntur in aliquo magistratuum gradu, ut etjam supra diximus, & ideo Rex Franciæ excellentissimus dici-

tur,

tur, in c. excellentissimus, 11. quæstion. 3. & gloriosissimus, in cap. hoc quippe, 3. quæstio 6. Magnificus, in cap. novit. de offic. deleg. & Christianissimus, ut habetur in extravaganti. Io. 22. & est proprium epitethum Regis Franciæ, sicuti Catholici, Regis Hispaniæ, & sub nomine Excellentiæ Regis Portugalliæ loquitur textus, in c. 2. de supplen. neglig. Prælat. lib. 6. Ideo & ipsi communiter Sacræ majestatis titulo decorantur, nam in supremo Principe dicitur majestas, l. 3. C. de Episc. aud. l. fin. C. de dilat. lib. 10. & tot. titul. ff. ad l. Jul. majestat. Hæc ampliatio dependet ab illa celebri & vulgata quæstione An. scilicet Imperator, sit dominus totius orbis, nam Francigenæ dicunt eorum Regem non subesse Romano Imperio, ut late per Ign. nec non & Chassan. in suo Catalog. in 5. par. prin. consid. 28. 30. & 31. & Hispani prætendunt eorum Regem non esse sub Imperio, ut no. Vic. & Io. de Deo, qui fuerunt Hispani, in c. & si necesse, extra de donat. & ideo referunt Mod. in l. ex hoc jure. ff. de just. & jur. quod ita fecerunt ambasciatores Regis Hispaniæ in quodam consilio generali, nam protestati fuerunt venire, & adesse, non tanquam

subditi imperio, sed tanquam fideles, refert etjam Fulgen. se præsente eos qui à Rege Franciæ Legati ad Concilium Constantiense venerant, testatione complexos esse se non venisse, quia Rex ipse cuiquam sit subditus, sed pro communi Christianorum salute, & Portug. idem dicunt de Rege Portugalliæ, in l. Imperium, infra, de jurisd. omn. judic. num. 3. Consequens est, ut si recognoscant superiorem non sint supra gradus, sed in gradib. connumerandi, quia licet habeant jura imperialia in eorum territorio, non tamen habent eam plenitudinem potestatis & preeminentiæ, quam Imperator. Bald. in l. 2. C. de ser. & aqu. & tradit. Dec. in c. pastoralis, de appel. hæ enim dignitates creantur ab Imperatore, ca. 1. de feud. march. & à Rege in Regno suo c. in apibus, 7. quæst. 1. & omnes Principes recognoscunt aliquem in superiorem saltem respectu directi dominii ut late Ubert. Zuch. in rub. C. qui admi. Sed de his qui superiorem non recognoscant doctorem non legisse, qui affluentius congerat quã inter Mod. Boschum cod. Pap. in rub. de const. testatur Orian. hic, nu. 4. Sed jam locus Pomp. in d. l. 2. §. deinde quia difficile supra de

orig.

orig. jur. nos admonet † ut de Senatu, & Senatoribus videamus, de quorum dignitate & autoritate nonnulla dicturi, rem à summis principiis repetendam esse censuimus, Romulus igitur urbe condita, ut eam consilii ope fulciret, virosq; sapientes haberet, quorum prudenti cura & cōsilio Rempublicam moderaretur, ex optimatibus centum elegit, quos ab ætate & probitate Senatores dixit, ut Cicero in Catone, Plutarchus in Romulo, & Ovidius, in 5. Fastorum scribunt. Dionysius vero Halicarnaseus, li. 1. utrū à senectute, an virtute cognomentum nactus fuerit Senatus hic ordo, affirmare non satis audet, nam & seniores, inquit, & optimos prisci senes dicere solebant, hos item patres appellare illi licuit, non tam ab honore, quam quod soli essent, qui certos haberent liberos, & patres verè possent appellari, secundum Connan. comenta. jur. civ. libr. 1. cap. 12. quòd non difficilè est credere in tanta peregrinorum colluvie nuper eum in locum spe Asyli congregata, itaq; paulò post facta pace cum Sabinis, ex ejus generis hominibus centum alios Senatores elegit in patres, explens numerum ducentorum, postea Tar-

17. Senatores.

quinius priscus in orbitate Senatus legisse centum alios fertur, minorum gentium appellatos, tametsi à Bruto familias minorum gentium inventas nonnulli credant, Primus enim Valerius Publicola post exactos reges, patrum numerum à Superbo cædibus imminutum explevit, & amplissimum ordinem auxit, quatuor & sexaginta supra centum ex equestri ordine in concilium cooptatis, ita ut trecentorum numerum faceret, qui adlecti dicti sunt, quos enim post exterminatos Reges, ætate graves, spectatæq; probitatis videbant, Senatui tãquam gravissimo sanctissimoque concilio adscribebant, quibuscum alii in locum decedentium surrecti, & in senatum literis adscripti essent, conscriptos vocarunt, modo plures, modo pauciores, ita ut frequens senatus, & quidquid erat patrum ex ferè trecentum senatoribus constaret, & cum Julius Cæsar supra mille senatores belli casibus imminuto ordini adscivisset, Augustus Octavius selectos & perpurgatos duabus lectionibus, remotis indignissimis, in pristinum decorem revocavit.

18. Majestas Senatus.

Senatus autem cognitionem, † atque auctoritatem qui requirit, is quid libr. 6.

Polibius scribat, attendat, quo loco ait, Ærarium, ac vectigalia omnia in potestate senatus fuisse, atque omnes publicos sumptus ex eius esse arbitrio factos, jam vero maleficia, ac crimina per Italiam commissa, de quibus publicum judicium constitui oportebat, ut proditionis, conjurationis, veneficii, cædis, atque insidiarũ, ad senatum relata, ejusque de his cognitionem fuisse. Quod si qua in Italia controversia dirimenda, si civitas subjuganda, si cui auxilium ferendum erat, de his omnibus senatum statuisse, eodemque modo, si qua extra Italiam ad aliquos legatio erat mittenda, aut ad aliquid decidendum, aut ad fœdus faciendum, aut ad cohortãdum, aut ad imperandum, aut postremo ad res repetendas, & ad bellum indicendum, hæc senatum curasse. præterea quid de legatis exterarum gentium agendum, quid eis respondendum esset, decrevisse. Postremo, Dionis. Halicarnasseus libro 6. Romanarum antiquitatum, omnem Rempub. in potestate senatus scribit fuisse, nisi quod neque magistratus ab eo crearétur, neque leges ferrentur, neque bellum, aut pax decerneretur, ubi etjam Consulem inducit ita loquentem, Scitis legem nobis

esse jam inde ab urbe condita, quæ omnia in senatus potestate facit, præter magistratuum creationem, legum lationem, & bellum inferendi, finiendive arbitrium, semper tamen in eo res stetit, ut potestas in populo, auctoritas in senatu esse diceretur, quod Livius his verbis significavit, Cum sensissent (inqt) ea moveri patres, offerendum ultro rati quod amissuri erant, ita gratiam ineunt, summa potestate populo permissa. ut non plus darent juris, quàm detinerent, decreverunt enim, ut cum populus Legem jussisset, id sic ratum esset, si patres authores fierent, hodieque in legibus magistratibusque mandandis usurpatur, idem jus vi ademptum, priusquam populus suffragium ineat, in incertum comitiorum eventum patres autores fiunt, hactenus Livius. indicant, id quoq; frequentes hujusmodi inscriptione, S.P.Q.R. Cæterum populus jus suum exercuit usque in Augusti tempora, paulatim deinde necessitas ipsa curam Reipubl. ad Senatum deduxit, ac sub Tiberio quidem comitia à populo ad patres translata esse Tacitus lib. 1. & Plinius Cecilius libr. 3. epistola penultima scribunt, cæterorum quoque potestas videlicet condendi le-

ges,

ges, & jubendi bellum, aut pacem eodem modo per desuetudinem amissa est, quod ea ratione evenire necesse fuit, quia impossibile penè esse cœperat ut in unum coire possent, ut dicit Pomponius. in d. l. 2. §. deinde, & licet postmodum necesse fuerit reipublicæ per unum consuli, ut ipsemet ait, in §. novissime, veritatem historiæ temperando, ne Principem, sub quo florebat, offenderet, tamen Senatus jus suum nunquam deseruit, sed retinuit semper & exercuit, saltem in speciem & prætexum quedam, quamvis principum vi turbaretur sæpe, aut transversus ageretur, hinc ait Oros. cap. 2. lib. 7. quod cum Tiberius suffragio magni favoris retulisset ad Senatum, ut Christus Deus haberetur, Senatus indignatione motus, quòd non sibi prius secundum morem delatum esset, ut de suscipiendo cultu prius ipse decerneret, consecrationem Christi recusavit, edictoque constituit, exterminandos esse ex urbe Christianos. Nec solum suum, sed & populi jus ac munera administravit, præsertim interregnis Imperatorum, vel dum Imperatores creat, aut consalutatis ab exercitu potestatem confert, ferebatur enim lex de Imperatore per se-

appellare non licet. Bar. in l. fin. C. de legibus, concludit correctionem esse factam, & in l. Imperium, dicit oppositum, cum jura hujusmodi facta videantur post translationem Imperii factam in Imperatorem, qui verisimiliter voluit in memoriam pristinæ potestatis Senatum posse prædicta, arg. gloss. in l. servos, C. de quæstion. ideo Joan. Fab. in §. sed quod Principi placuit, inst. de jur. natur. gent. & civ. tenet non corrigi hodie d. l. non ambigitur, & Aret. in d. §. 1. ff. à quib. appell. non lic. tenet non corrigi, d. §. Sequitur Purp. hic, num. 55. qui dicit quod hoc procedit, quando Senatus judicat, secus si unus ex senatoribus tantum, ut tradit spec. in tit. de appellat. §. videndum, & Perus. in rubr. de appellat. quod reputat notandum pro sententiis, quæ aliquando feruntur per unum ex consiliariis principis, ut tunc non habeat locum dict. §. 1. quod declarat Cagnol. nisi Princeps in rescripto id concederet. Pro resolutione idem Cagn. dicit, quod aliud est quærere, nunquid post translationem Imperii apud Senatum esset potestas prædicta faciendi, & dicendú est, quod sic, quia omnia illa jura sunt condita, post translationem Imperii ab

Ul-

Ulpiano jureconsulto, qui floruit sub Alexandro 22.ab Augusto. Extantque hodie complura Senatusconsulta temporibus Imperatorum facta, quæ pro generalibus legibus observantur, ut Trebellianum temporibus Neronis, l. 1. ad Trebell. Vellejanum sub Claudio, vel qui eum statim secutus est Imperatore l. 2. ad Vellejan. & hujusmodi alia, quæ Valen. & Theodos. Imperatores Senatui scribentes dicunt se roborare, licet per se obtineant perpetuam firmitatem, in l. unic. C. de Senatusc. & quamvis Justinianus facultatem condendi legem velut Principis proprium sibi peculiariter ascribat, in l. ultima, C. de leg. mox tamen adjecit, se nihil ea lege derogatum velle veteris juris cõditoribus, quibus & hoc majestas Imperialis permiserat. Itaque verum est, Senatum jus facere posse, autorante scil. Principe, aut eo consulto, nec repugnante, si enim Princeps sine Senatus consilio se nullam promulgaturum legem profitetur, in l. humanum, C. de legib. quod passim indicant historiæ, apparetque etjam Imperatoris Justiniani relatu, in l. 2. §. sed quia, C. de veter. jur. enucl. nam & Imperator Adrianus, cum edictum perpetuum

ope-

opera Salvii Juliani composuisset, edidissetque Senatusconsulto illud approbari voluit, quo firmior esset autoritas, quanto magis decens est, de iis, quæ à Senatu cóstituuntur Principis voluntatem exquiri, ut certius quid, & præstantius tanti principis autoritate statuatur. l. & ideo ff. de ll. hujus rei argumentum etjam ex eo sumere licet, quod Senatusconsultum circa petitionem hæreditatis de his factum esse relatum est in l. item veniunt, §. pridie, de petit. hæred. quæ ab Imperatore Adriano proposita, & libello complexa fuerant. Tacitus libr. 20. Volcatius Tertullinus (inquit) tribunus plebis intercessit, ne quid super tanta re, Principe absente statueretur. Aliud est quærere, nunquid hodie, id est nostris temporibus sit correcta dispositio dictarum legum, & dicendum est quod sic, quia hodie abdicata est omnis potestas à Populo Romano & Senatu, immo cum sit hodie annihilatus Senatus ille, ut per Bal. in d.l. non ambigitur inepte videtur quæri, an hodiè Senatus ea facere possit. dicit Cagnol. post Zasium, in dict. l. non ambigitur, & probat ibidem Coras. Sed pulchra suboritur quæstio. Nunquid in uno Senatore

qui

qui † est hodie Romæ. talis resideat au-ctoritas atque potestas. Pet. & Cyn. in l. fi. C. de petit. hæred. tenebant partem affirmativam, quia jura collegii in unum recidunt, l. sicut. in fine, ff. quod cujusque univers. nomin. Contrariam opinionem tenuerunt Bald. & Ange. in d. l. non ambigitur, & Mod. Bonon. hic, num. 6. Portugal. in l. Imperium. infra de jurisd. omn. judic. num. 48. & Cagnol. in d. l. 2. nume. 156. quia collegium Senatorum est destructum, & ejus reintegratio & formæ restitutio impossibilis reputatur. l. apud Julianum, in fi. ff. de leg. 1. destructo ergo collegio, jura ipsius collegii sunt effecta caduca. l. pater, §. Tusculanus, ff. de leg. 3. Ad illud, quod dicitur, quod collegium possit remanere in uno, respondent, esse verum, quando est spes, quod alii de universitate vel de collegio subrogentur in locum deficientium, nam tunc quandiu non subrogantur, universitas dicitur sustineri, & remanere in uno, l. mortuo, de fidejuss. sed si non est aliqua spes, quod alii subrogentur, ut in casu nostro, certè tunc jus collegii dicitur deficere: & esse dissolutú, facit text. in argumentum in l. inter stipulantem, §. sacram, ff. de verb. obligat. ubi

21. An in Senatore Romę resideat Senatus au toritas atq; potestas.

spes

ſpes reficiendi, vel non reficiendi navem, inducit diverſitatem juris. Magna tamen eſt iſtius Senatoris poteſtas ſecundum, Cagnol. ubi ſupra, & Purpur. num. 64. & habetur in c. fundamenta, de elect. in 6. quod officium geſſit nobiliſſimus Ludovicus de Sabaudia, cujus fuit Cynus aſſeſſor ut ipſe dicit, in l. 2 quæſt. 2. C. quæ ſit. long. conſue. Curt. jun. in 1. quæſt. Feud. col. 3. Functus eſt etjam ea Senatoris dignitate Clariſſimus, D. Carolus Lapus avus quondam excellentiſſimi Domini Tadei ſoceri mei.

22. An ſint illuſtres. Quibus autem titulis ſint honeſtandi Senatores, nuncupandive, eſt differentia inter Iaſ. & Dec. more ſolito, nam Iaſ. voluit eos eſſe ſuperilluſtres. Dec. verò. Curt. Purp. & omnes ferè, tenent eos ſimpliciter eſſe illuſtres, per tex. in l. quiſquis, C. ad l. Jul. majeſt. in l. 3. cum gloſ. in verbo illuſtres, C. de ſilentiar. lib. 12 in l. fi. junc. l. 1. C. ubi Senat. vel clariſſ. & in l. fin. ff. de ſenator. cum ſimilibus juribus, quæ appellant Senatores ſimpliciter illuſtres, quorum opinio eſt verior, cum ſupra firmatum ſit gradum ſuperilluſtrium non reperiri, Sed cum dictum fuerit denotare præeminentiam, opinio Iaſ. poſſet ſu-

ſuſtineri, nec obſtat ſi diceretur, quòd nó conſtat Senatores eſſe ſuperilluſtres, unde cum illuſtres, ſimpliciter dicantur, à verbis non eſt recedendum, quia cum dignitas ſenatoria ſuprema ſit poſt Imperatorem, qui inter Senatores ſe connumerat. d.l. quiſquis, & l. jus Senatorum. C. de dignit. lib. 12. congruit ut dicantur ſuperilluſtres & Illuſtriſſimi, nec obſtant jura appellantia Senatores illuſtres, quia qui ſuperilluſtris eſt, utique etiam illuſtris dici poteſt ut ſupra declaravimus. Iſidorus libr. 10. etimolog. tres ordines Senatorū eſſe dixit, cujus opinio placet, ſi primos Illuſtres eſſe dixerimus, ſequentis ordinis clariſſimos, tertios ſpectabiles, Inter illuſtres primum referunt Patricii. l. fin. C. de conſulib. libr. 10. conſulares, qui ſcil. conſulatum geſſerunt. l. 3. §. fi. ff. de arbitr. l. 1. C. de dignit. libr. 12. vel qui ea dignitate pro ſuis meritis, & magni præmii loco donati ſunt. l. fi. in prin. C. ubi Senat. l. 3. C. de conſul. lib. 12. & denique omnes, qui aliquo majore magiſtratu fæliciter eſſent perfuncti, dummodo in ampliſſimum Senatus ordinem conſcriberentur, quorum illuſtrium ordo ſine controverſia reliquo Senatu dignior fuit. dict. l. 3. & l. fin. C. de

consul.libr. 10. Clarissimi vero dici debent, qui nihil ultrà quàm Senatores sunt, ostendit nobis Constantini constitutio in l.2.C. de his qui ven. ætat. impetr. hinc est, quod ejusdem Constantini constitutio sub titul. ubi Senat. vel claris. in l.1. ità loquitur. Quicunq; non illustris, sed clarissima tantum dignitate præditus, hujusmodi fuisse mihi videtur Julius Montanus, quem Tacitus lib.13. dicit, Senatorii ordinis, sed qui nondum honorem capessisset. Spectabiles autem appellati cum primis videntur, qui ex equestri ordine post minorum veluti magistratuum administrationem honoris causa in Senatum recipiebantur. l. 2. C. de domest. & protect. lib.12. non quidem ut rogati sententiam ipsi dicerent, sed ut in eorum suffragia transirent, vel simplici verbo assentientes, vel pedibus euntes in sententias: Vos dicatis duo esse, quorum unum non est aliud. s. Senatus, & Senator, Senatus est cætus & numerus Senatorum. Senatores sunt, qui habent dignitatem Senatoriam, ut declarat Bar. in rub. ff. de Senat. Aut igitur accipimus Senatores pro particularibus, & tunc procedant ea quæ suprà dicta sunt. Aut accipimus pro cætu

&

& ordine Senatorum, & tunc dicebat Nicol. Bellon. Suput. li. 4. cap. 10. eos esse superillustres, quia simul multa possunt, quę nō possunt singuli ut supra diximus. Nos arbitramur non esse in gradibus, sed supra gradus, argumento ejus quod communiter dicunt doctores de Imperatore quem statuunt in primo gradu magistratuū recte poni; quia ipse est super omnes, & qui alios constituit, sunt enim gubernationum species justæ, tres à sapientibus definitæ, Monarchia, de qua suprà vidimus, Democratia, qualis apud Rhetos & Helvetios hodie cernitur, Aristocratia, qualis habetur hodie apud Venetos, ꝙ maximè procedit, si intelligamus de prisco Senatu, qui ante Imperii translationē factam in principem stetit. Sed & idem dicendum est de Senatu reducto sub Imperatorum manu, quia & si horum tanta non esset potestas, quanta priscorum magna tamen erat, cum nihilo plus juris datum esset Principi, q̃ retentum, quo ad sc. Princeps aliquid fieri non prohiberet. 23.

An Senatus sit nomen ordinis, an magistratus.

An autem Senatus sit † nomen ordinis, an vero magistratus, Bud. in l. final. de Senator. Salomon. ac Coras. in rubr. voluerunt Senatum esse nomen ordinis,

esse jam inde ab urbe condita, quæ omnia in senatus potestate facit, præter magistratuum creationem, legum lationem, & bellum inferendi, finiendive arbitrium, semper tamen in eo res stetit, ut potestas in populo, auctoritas in senatu esse diceretur, quod Livius his verbis significavit, Cum sensissent (inqt) ea moveri patres, offerendum ultro rati quod amissuri erant, ita gratiam ineunt, summa potestate populo permissa. ut non plus darent juris, quàm detinerent, decreverunt enim, ut cum populus Legem jussisset, id sic ratum esset, si patres authores fierent, hodieque in legibus magistratibusque mandandis usurpatur, idem jus vi ademptum, priusquam populus suffragium ineat, in incertum comitiorum eventum patres autores fiunt, hactenus Livius. indicant, id quoq; frequentes hujusmodi inscriptione, S.P.Q.R. Cæterum populus jus suum exercuit usque in Augusti tempora, paulatim deinde necessitas ipsa curam Reipubl. ad Senatum deduxit, ac sub Tiberio quidem comitia à populo ad patres translata esse Tacitus lib. 1. & Plinius Cecilius libr. 3. epistola penultima scribunt, cæterorum quoque potestas videlicet condendi leges,

ges, & jubendi bellum, aut pacem eodem modo per desuetudinem amissa est, quod ea ratione evenire necesse fuit, quia impossibile penè esse cœperat ut in unum coire possent, ut dicit Pomponius. in d. l. 2. §. deinde, & licet postmodum necesse fuerit reipublicæ per unum consuli, ut ipsemet ait, in §. novissime, veritatem historiæ temperando, ne Principem, sub quo florebat, offenderet, tamen Senatus jus suum nunquam deseruit, sed retinuit semper & exercuit, saltem in speciem & prætexum quedam, quamvis principum vi turbaretur sæpe, aut transversus ageretur, hinc ait Oros. cap. 2. lib. 7. quod cum Tiberius suffragio magni favoris retulisset ad Senatum, ut Christus Deus haberetur, Senatus indignatione motus, quod non sibi prius secundum morem delatum esset, ut de suscipiendo cultu prius ipse decerneret, consecrationem Christi recusavit, edictoque constituit, exterminandos esse ex urbe Christianos. Nec solum suum, sed & populi jus ac munera administravit, præsertim interregnis Imperatorum, vel dum Imperatores creat, aut consalutatis ab exercitu potestatem confert, ferebatur enim lex de Imperatore per se-

natum ipsum, quare speciali nomine senatusconsultum appellabatur. Tacitus libr.17. Adcurrunt patres, decernitur, Othoni tribunitia potestas, & nomen Augusti, & omnes principum honores. Idem li.18. de Vitellio. In Senatu cuncta, longis aliorũ principatib. cõposita statim decernũtur. Idé li.20. At Romæ senatus, cuncta principib. solita Vespasiano decernit. Idé libr.12. in fine, Illatusque castris Nero, & congruentia tempori præfatus, promisso donativo, ad exemplum paternæ largitionis Imper. consalutatur, sententiam militum secuta patrũ consulta, Plena deniq; horum historia est testimoniorũ præsertim in libris variorũ autorũ, qui de vitis Imper. inscribũtur, imo si quid ejusmodi incidisset, quamobrem à gubernaculis Reipub. principem amovere voluissent, siquidem justa esset causa, ut quia Imperio abuti cœpisset, jure amoveri potuisse existimat Vac. in l.1. de constit. princip. si coactus senatus solenniter omnia decrevisset, argumento no. in l. quod semel. ff. de decret. ab ord. faciend. ut de Nerone, Juliano, Maximino, & aliis factum fuisse legimus. De inclinatione senatus scribit Budeus † quòd à Cæsare Dictatore oppressa Republ. languere senatus auctori-

19. Inclinatio Senatus.

tas, ac deinde post Augustum interire etjam cœpit, cum unius jam arbitrio omnia regerentur, quo demum tempore mutari senatoria munera cœpta sunt, non enim senatus in mandandis exercitibus, in Provinciis decernendis, in legationibus dimittendis, admittendisque, in constituenda Rep. occupatus ultra fuit, sed in adulationem Principum conversus, insontes, sontesq; , nullo discrimine condemnare, sævientibus Principibus damnatos permittere, flagitiosissimos cives in gratiam Principum ex reis eximere, ac Principibus condonare, innocentissimis hominibus negotium facessere, delatoribus favere, Principum denique impotentissimis factis subscribere, auctoremque se præbere, præmente servitute coactus est; & licet sub Tiberio comitia ad Patres translata fuerint, tamen post Imperium à Tiberio initum adeo desierunt esse libera, ut maxima ex parte Principis arbitrio fierent, ut post Bud. recte docuit eloquentissimus Nicolaus Gruchius: Adeo ut non impertinenter quæri † possit nunquid sit hodie correcta dispositio l. non ambigitur, de ll. & dispositio l. 1. §. de qua re. infra de postuland. & pariter, l. 1. §. 1. ff. à quibus

20. An sint correctæ leges de potestate Senatus.

ap-

appellare non licet. Bar. in l. fin. C. de legibus, concludit correctionem esse factam, & in l. Imperium, dicit oppositum, cum jura hujusmodi facta videantur post translationem Imperii factam in Imperatorem, qui verisimiliter voluit in memoriam pristinæ potestatis Senatum posse prædicta, arg. gloss. in l. servos, C. de quæstion. ideo Joan. Fab. in §. sed quod Principi placuit, inst. de jur. natur. gent. & civ. tenet non corrigi hodie d. l. non ambigitur, & Aret. in d. §. 1. ff. à quib. appell. non lic. tenet non corrigi, d. §. Sequitur Purp. hic, num. 55. qui dicit quod hoc procedit, quando Senatus judicat, secus si unus ex senatoribus tantum, ut tradit spec. in tit. de appellat. §. videndum, & Perus. in rubr. de appellat. quod reputat notandum pro sententiis, quæ aliquando feruntur per unum ex consiliariis principis, ut tunc non habeat locum dict. §. 1. quod declarat Cagnol. nisi Princeps in rescripto id concederet. Pro resolutione idem Cagn. dicit, quod aliud est quærere, nunquid post translationem Imperii apud Senatum esset potestas prædicta faciendi, & dicendú est, quod sic, quia omnia illa jura sunt condita, post translationem Imperii ab

Ul-

Ulpiano jureconsulto, qui floruit sub Alexandro 22. ab Augusto. Extantque hodie complura Senatusconsulta temporibus Imperatorum facta, quæ pro generalibus legibus observantur, ut Trebellianum temporibus Neronis, l. 1. ad Trebell. Vellejanum sub Claudio, vel qui eum statim secutus est Imperatore l. 2. ad Vellejan. & hujusmodi alia, quæ Valen. & Theodos. Imperatores Senatui scribentes dicunt se roborare, licet per se obtineant perpetuam firmitatem, in l. unic. C. de Senatusc. & quamvis Justinianus facultatem condendi legem velut Principis proprium sibi peculiariter ascribat, in l. ultima, C. de leg. mox tamen adjecit, se nihil ea lege derogatum velle veteris juris códitoribus, quibus & hoc majestas Imperialis permiserat. Itaque verum est, Senatum jus facere posse, autorante scil. Principe, aut eo consulto, nec repugnante, si enim Princeps sine Senatus consilio se nullam promulgaturum legem profitetur, in l. humanum, C. de legib. quod passim indicant historiæ, apparetque etjam Imperatoris Justiniani relatu, in l. 2. §. sed quia, C. de veter. jur. enucl. nam & Imperator Adrianus, cum edictum perpetuum

ope-

opera Salvii Juliani compoſuiſſet, edidiſſetque Senatuſconſulto illud approbari voluit, quo firmior eſſet autoritas, quanto magis decens eſt, de iis, quæ à Senatu cóſtituuntur Principis voluntatem exquiri, ut certius quid, & præſtantius tanti principis autoritate ſtatuatur. l. & ideo ff. de ll. hujus rei argumentum etjam ex eo ſumere licet, quod Senatuſconſultum circa petitionem hæreditatis de his factum eſſe relatum eſt in l. item veniunt, §. pridie, de petit. hæred. quæ ab Imperatore Adriano propoſita, & libello complexa fuerant. Tacitus libr. 20. Volcatius Tertullinus (inquit) tribunus plebis interceſſit, ne quid ſuper tanta re, Principe abſente ſtatueretur. Aliud eſt quærere, nunquid hodie, id eſt noſtris temporibus ſit correcta diſpoſitio dictarum legum, & dicendum eſt quod ſic, quia hodie abdicata eſt omnis poteſtas à Populo Romano & Senatu, immo cum ſit hodie annihilatus Senatus ille, ut per Bal. in d. l. non ambigitur inepte videtur quæri, an hodie Senatus ea facere poſſit. dicit Cagnol. poſt Zaſium, in dict. l. non ambigitur, & probat ibidem Coraſ. Sed pulchra ſuboritur quæſtio. Nunquid in uno Senatore

qui

qui † est hodie Romæ. talis resideat au-ctoritas atque potestas. Pet. & Cyn. in l. fi. C. de petit. hæred. tenebant partem affirmativam, quia jura collegii in unum recidunt, l. sicut. in fine, ff. quod cujusque univers. nomin. Contrariam opinionem tenuerunt Bald. & Ange. in d. l. non ambigitur, & Mod. Bonon. hic, num. 6. Portugal. in l. Imperium. infra de jurisd. omn. judic. num. 48. & Cagnol. in d. l. 2. nume. 156. quia collegium Senatorum est destructum, & ejus reintegratio & formæ restitutio impossibilis reputatur. l. apud Julianum, in fi. ff. de leg. 1. destructo ergo collegio, jura ipsius collegii sunt effecta caduca. l. pater, §. Tusculanus, ff. de leg. 3. Ad illud, quod dicitur, quod collegium possit remanere in uno, respondent, esse verum, quando est spes, quod alii de universitate vel de collegio subrogentur in locum deficientium, nam tunc quandiu non subrogantur, universitas dicitur sustineri, & remanere in uno, l. mortuo, de fidejuss. sed si non est aliqua spes, quod alii subrogentur, ut in casu nostro, certè tunc jus collegii dicitur deficere: & esse dissolutú, facit text. in argumentum in l. inter stipulantem, §. sacram, ff. de verb. obligat. ubi

21. An in Senatore Romę resideat Senatus auctoritas atq; potestas.

spes

ſpes reficiendi, vel non reficiendi navem, inducit diverſitatem juris. Magna tamen eſt iſtius Senatoris poteſtas ſecundum Cagnol. ubi ſupra, & Purpur. num. 64. & habetur in c. fundamenta, de elect. in 6. quod officium geſſit nobiliſſimus Ludovicus de Sabaudia, cujus fuit Cynus aſſeſſor ut ipſe dicit, in l. 2 quæſt. 2. C. quæ ſit long. conſue. Curt. jun. in 1. quæſt. Feud. col. 3. Functus eſt etjam ea Senatoris dignitate Clariſſimus, D. Carolus Lapus avus quondam excellentiſſimi Domini Tadei ſoceri mei.

22. An ſint illuſtres. Quibus autem titulis ſint honeſtandi Senatores, nuncupandive, eſt differentia inter Iaſ. & Dec. more ſolito, nam Iaſ. voluit eos eſſe ſuperilluſtres. Dec. vero. Curt. Purp. & omnes fere, tenent eos ſimpliciter eſſe illuſtres, per tex. in l. quiſquis, C. ad l. Jul. majeſt. in l. 3. cum gloſ. in verbo illuſtres, C. de ſilentiar. lib. 12. in l. fi. junc. l. 1. C. ubi Senat. vel clariſſ. & in l. fin. ff. de ſenator. cum ſimilibus juribus, quæ appellant Senatores ſimpliciter illuſtres, quorum opinio eſt verior, cum ſupra firmatum ſit gradum ſuperilluſtrium non reperiri, Sed cum dictum fuerit denotare præeminentiam, opinio Iaſ. poſſet ſu-

ſuſtineri, nec obſtat ſi diceretur, quòd nõ conſtat Senatores eſſe ſuperilluſtres, unde cum illuſtres, ſimpliciter dicantur, à verbis non eſt recedendum, quia cum dignitas ſenatoria ſuprema ſit poſt Imperatorem, qui inter Senatores ſe connumerat. d.l. quiſquis, & l. jus Senatorum. C. de dignit. lib. 12. congruit ut dicantur ſuperilluſtres & Illuſtriſſimi, nec obſtant jura appellantia Senatores illuſtres, quia qui ſuperilluſtris eſt, utique etiam illuſtris dici poteſt ut ſupra declaravimus. Iſidorus libr. 10. etimolog. tres ordines Senatorũ eſſe dixit, cujus opinio placet, ſi primos Illuſtres eſſe dixerimus, ſequentis ordinis clariſſimos, tertios ſpectabiles, Inter illuſtres primum referunt Patricii. l. fin. C. de conſulib. libr. 10. conſulares, qui ſcil. conſulatum geſſerunt. l. 3. §. fi. ff. de arbitr. l. 1. C. de dignit. libr. 12. vel qui ea dignitate pro ſuis meritis, & magni præmii loco donati ſunt. l. fi. in prin. C. ubi Senat. l. 3. C. de conſul. lib. 12. & denique omnes, qui aliquo majore magiſtratu fæliciter eſſent perfuncti, dummodo in ampliſſimum Senatus ordinem conſcriberentur, quorum illuſtrium ordo ſine controverſia reliquo Senatu dignior fuit. dict. l. 3. & l. fin. C. de

 conſul.

consul.libr. 10. Clarissimi vero dici debent, qui nihil ultrà quàm Senatores sunt; ostendit nobis Constantini constitutio in l.2.C. de his qui ven. ætat. impetr. hinc est, quod ejusdem Constantini constitutio sub titul. ubi Senat. vel claris. in l.1. ita loquitur. Quicunq; non illustris, sed clarissima tantum dignitate prǽditus, hujusmodi fuisse mihi videtur Julius Montanus, quem Tacitus lib.13. dicit, Senatorii ordinis, sed qui nondum honorem capessisset. Spectabiles autem appellati cum primis videntur, qui ex equestri ordine post minorum veluti magistratuum administrationem honoris causa in Senatum recipiebantur. l. 2. C. de domest. & protect. lib.12. non quidem ut rogati sententiam ipsi dicerent, sed ut in eorum suffragia transirent, vel simplici verbò assentientes, vel pedibus euntes in sententias: Vos dicatis duo esse, quorum unum non est aliud. s. Senatus, & Senator, Senatus est cætus & numerus Senatorum. Senatores sunt, qui habent dignitatem Senatoriam, ut declarat Bar. in rub. ff. de Senat. Aut igitur accipimus Senatores pro particularibus, & tunc procedant ea quæ suprà dicta sunt. Aut accipimus pro cætu

& ordine Senatorum, & tunc dicebat Nicol. Bellon. Suput. li. 4. cap. 10. eos esse superillustres, quia simul multa possunt, quę nō possunt singuli ut supra diximus. Nos arbitramur non esse in gradibus, sed supra gradus, argumento ejus quod communiter dicunt doctores de Imperatore quem statuunt in primo gradu magistratuū recte poni; quia ipse est super omnes; & qui alios constituit, sunt enim gubernationum species justæ, tres à sapientibus definitæ, Monarchia, de qua suprà vidimus, Democratia, qualis apud Rhetos & Helvetios hodie cernitur, Aristocratia, qualis habetur hodie apud Venetos, quod maximè procedit, si intelligamus de prisco Senatu, qui ante Imperii translationē factam in principem stetit. Sed & idem dicendum est de Senatu reducto sub Imperatorum manu, quia & si horum tanta non esset potestas, quanta priscorum magna tamen erat, cum nihilo plus juris datum esset Principi, q̄ retentum, quo ad sc. Princeps aliquid fieri non prohiberet. 23.

An Senatus sit nomen ordinis, an magistratus.

An autem Senatus sit † nomen ordinis, an vero magistratus, Bud. in l. final. de Senator. Salomon. ac Coras. in rubr. voluerunt Senatum esse nomen ordinis, per

per tex.in d.l.2.§.post originem. de orig. jur. ubi jurisconsultus tractaturus de origine magistratuum omnium, ut in rubrica fuerat pollicitus,de Senatoribus eo in tractatu verbum non facit, quod non omisisset si de numero magistratuum fuissent,facit text.in §.deinde quia, in fi.ibi. aut est Magistratuum edictum, aut Senatusconsultum,ecce quod jus à Senatu inductum non dicebatur magistratuũ jus, sed Senatusconsultum, facit ultimo rubr. de Senator.ubi non de officio Senatorum inscriptum est, sicuti in sequentibus titulis,de officio consulis,de officio præfecti prætorio,& simil cum propriè & significanter officium referatur ad magistratũ. Contrariam opinionem tenuit Cagnol. num 164. per text.in §.lex est inst.de jur. natur.gent.& civil. ibi,lex est,quod Pop. Rom.Senatorio magistratu interrogante veluti consule constituebat,& ideo Senatores ipsi à Fenestella & Pomponio Leto in tractatu magistratuum Romanorum inseruntur. Vos distinctionẽ supradicta conciliabitis opiniones. Budeus enim voluit Senatum,& sic cætum Senatorum esse nomen ordinis. Cagno.autem voluit Senatores,& sic singulos, esse in numero ma-

magistratuum. vel etjã dicere possumus, quod larga significatione, quia moderandæ Reipub. præerat magistratum dici posse. l. cui præcipua. ff. de verb. signif. arg. eorum quæ diximus de Pontifice, Imperatore, & Regibus.

Sed an hodie sit dare † aliquos, qui senatoribus antiquis æquiparentur, vidédum est. Bud. in d. l. fin. de Senator. dicit, quod suprema curia parlamenti Regis Francorum potest æquiparari senatui, & senatoribus, & ibi ponit de ejus institutione, & clarius Guid. Pap. in cons. 72 principalia dubia, col. 2. dicens, Parlamenta tam in Regno, quàm in Delphinatu repræsentare personam Principis, & quod æquiparantur Senatoribus. Quomodo autem fuerit institutum illud parlamentum Delphinale tradit ipse Guid. quæst. 43. ubi subdit, quod quilibet Princeps nõ potest habere tale parlamentum, si superiorem recognoscat.

24. Parlamẽta Regis Francorum.

Et quod dicitur de dominis Parlaméti Regii, † idem dicendum putat Purpur. in consiliariis supremi consilii residentis cum Serenissimo Ducæ Sabaudiæ. Et denique Doctores omnes exemplificant in Principum nostri temporis consiliis. Verun-

25. Consilia Principũ

runtamen abusiva est comparatio secundum Cagno. simile enim dicitur, quod in aliquo habet differentiam, sed ut plurimũ convenientiam, & ubi sunt plures differentiæ, quàm convenientiæ, non dicitur similitudo, ut sæpè dixit Bal. quem refert Dec. in c. translato, de constitut. licet ergo in senatoribus nostri temporis sit similitudo in aliquibus, tamen ut plurimum, & in majoribus est dissimilitudo, ergo æquiparatio non est bona, hinc Coras. in dict. rub. de Senator. non inepte potius ad centumviralis judicii, quam ad Senatus similitudinem institutas fuisse in Gallia supremas curias dixit.

26. An sint illustres Cõsiliarii. Sunt tamen illustres Consiliarii † Principis, l. quisquis. C. ad l. Jul. majest. & ibi Ang. infert ad Bartolum, quem Imperator Carolus IIII. in consiliarium assumpsit. Dec. dicit, quod ille textus loquitur de viris illustribus, qui erant aliunde illustres, sed istud est divinare, credimus tamen cum eodem Dec. dictum Ang. esse verum, quando consiliarii resident in cócistorio Principis, quod probat text. ipse in d. l. quisquis, ibi, de nece virorum illustrium, qui consiliis & concistorio nostro intersunt, ita ut unum sine alio sufficere

non

non videatur.arg.l.si hæredi plures. ff.de cond.inst.

Ex his etjam apparet opinionem Castrensis in d.l.non ambigitur, multo minus procedere posse,dum Senatui Romano æquiparat † consilia cujusque civitatis,maxime,quia sicut non ipsæ civitates, ita nec consiliarii comparari possunt, hinc est, quod Decuriones dicuntur, & non Senatores, & Decurionum decreta, non Senatusconsulta.l.si pupillus §.Decuriones.ff.de verb significationes. 27. Consilia cujusque civitatis.

Sed an Collegium Cardinalium hodie eam potestatem,idemq; jus habeat, quod Senatus olim,Mod.Taurin. num. 108. & Bonon.num.7.post Præpos. in rub.de appellat.col.13. Martin.de Laud.in tract.de officialibus Principum, in c. 1 tenent partem affirmativam, per text. in c.Constantinus, 96. dist. & ideo cætus Cardinalium sede vacante sicut Senatus famæ restituit,secundum Bar. in l. infantem,in fin. de publ. judic. & sicut Senatus concedit jus aquæ ducendæ, & ita collegium Cardinalium sede vacante, ut videre licet apud Martin. de Laud.in tract. Cardin.& ideo inferunt Mod.Bonon.quod sicut à sententia Senatus non appellatur,ita 28. Consistoriũ Cardinaliũ.

non appellabitur à sententia collegii, quod communiter tenent Canonistæ, in c. cum te, de re judicata. Sed habere non videtur, non enim à Cardinalium suffragio pendet Imperatoris potestas, ut à Senatu olim pendebat, quamvis ex Pontificis authoritate ac facultate pendeat ut Jurisconsulti consentiunt Bartol. in libro primo §. præsides. de requiren. & annot. reis. Ergo neque jus in universum eos facere posse, quisquam dixerit, ut Senatus olim, nec Imperatorem ex causa removere, magis enim hæc omnia Pontifici conveniunt, quam Cardinalibus, quod quãquam ita sit, similitudine tamẽ quadam, & relatione facta, sic illos erga Pontificem se habere non ineptè dixerimus, ut senatores olim erga Imperatorem, non tamen in omnibus, non enim Pontificis potestas à Cardinalibus sic pendet, ut à Pontificatu illum unquam amovere possint, quod etjam latissimè prosequitur Hugo Episcopus Fameaug. in suo tractatu de concilio, hinc est, quod glos. in c. unico. in verbo, sede vacante, de scismaticis. in 6, concludit, collegium Cardinalium nullam habere jurisdictionem, etjam sede vacante, nisi limitatam, ut dicitur c.

ubi

ubi periculum,de elect. in 6. addatis ſubtilem Aretinum in l. ſi quæramus. ff.de teſtam.col.pen.verſi. quarto adde.

Et ideo ſunt illuſtres ſecundum Iaſ.& Dec.& cum ſuperlativum non faciat differre gradu. dicendum eſt ſecundum Jaco.de Nigr.Orian.& Modern. quod ſunt ſuperilluſtres, ſeu Illuſtriſſimi, ut tenet etjam Specul. in tit.de juriſd.omn.jud.§. fi.verſ.maximi ſunt, & cum eo tranſit, Martin.de Laud.in dicto tract.Card.col. 6.& Bertach.in trac.de Epiſcop.in princ. in fine præludiorum.facit ratio,quia nulla eſt major dignitas, quam Cardinalatus poſt Papam, ut dicit Cardin. in clem.ne Romani,de elec.ſequitur Barbat.in tract. de præſtant. Cardinal. in 1. q.& ita hanc opinionem communis uſus approbavit. Limitat Alex.in rubr.infra de juriſ.omn. jud.in Cardinalibus, qui mittuntur extra curiam,per tex.in c.2.de Offic. leg. in verbo.ad inſtar Proconſulum,ſed Proconſul eſt ſpectabilis,l.præcipimus,C. de appellat.ergo ſecus quando ſunt ad latus pontificis.quia tunc ſunt illuſtres,per tex.in l. 1.C.de præpoſ.labor.li.12.ibi, quos noſtri lateris comitatus illuſtrat, ſic dicitur de Proconſule, qui eſt ſpectabilis, quando mit-

29. Cardinales illuſtres.

mittitur ad regendam provinciam, secus in Consule. Sed Jas. hic dubitat de ista limitatione, quia inconveniens videtur, quod legatus de latere sit minus dignus, quam sit Cardinalis existés apud Papam, allegat Felin. in c. clerici, in fin. de judic, ubi dicit, quod in legatis non credit verum dictum Bal. in rub. de offic. proconsf. facit, quia legatus de latere repræsentat Pontificem c. antiqua. de privileg. cap. hi qui. §. fi, de præbend. in 6. & ideo æquiparatur ipsi Pontifici in his, quæ facit jure legationis, secundum Abbat. in consil. 109. viso puncto, libr. 1. nec consideratio Alexandr. satisfacit, dum dicebat esse simile in Consule, qui mittebatur ad provinciam regendam, qui cum Romæ esset Consul, dicebatur illustris, & in provincia proconsul erat spectabilis, quia post finitum consulis officium sic mittebatur, & amplius in eo non erat consularis dignitas, non sic in Cardinali, qui ubique Cardinalis est, ideo non video quomodo non dicatur illustris, sive sit in curia, sive legatus extra curiam. unde ad textum in d. c. 2. respondebat Dec. quod ille text. loquitur in legato simplici, qui nó sit Cardinalis. Quę solutio est contra suprascriptionem illius

capituli, in quo rescribitur ad Cardinalé tituli sanctæ Ceciliæ. Aliter respondet Orian. quod non sequitur ad instar proconsulis, ergo consul, sicut in c. fi. de re jud. in 6, Episcopus profert sententiam ad instar illustris, & tamen non est illustris. Dicatis quod licet consul sit illustris, tamen officium quod habet in regenda provincia facit illum esse spectabilem, illustribꝰ enim quandoq; spectabiles administrationes commissas fuisse ostendimus, & ideo dicunt Bal. & Alber. in d. rubr. d. offic. procons. quod Rex Siciliæ dicitur Rex in quantum habet Regnum, & dicitur Dux Apuliæ, & Calabriæ Comes, in quantum habet Ducatum, & Comitatum, sic etjam Imperator dicitur Rex, Dux, & Comes. Purpur. hic dixit, quod si similitudiné per omnia q̃ramus vix erit similes invenire.

Senatus Venetus † Romani veram imaginem nobis exprimere videtur, apud quem est omnis Reip. cura, nullum recognoscens in superiorem ut no. Bald. in l. 1. ff. de rerum divisio. & Bar. in l. hostes, ff. de captiv. & postlim. reversi. Alber. in l. 1. C. de summ. Trinit. & fid. Catho. immo est in possessione Maris Adriatici ex inveteratissima consuetudine tanti tempo- 30. Senatus Venetus.

poris, quod non est memoria hominum in contrarium, ita ut jure proprio possit etjam si velit impedire omnes navigantes, quod ex multis probat Ang. nec ullus dubitat, in cons. 290. inci. Circumscripta. Severin. in l. cunctos populos, C. de sum. Tri. & fid. Catho. & est text. in l. sanè. ff. de inju. ubi Rainer Foroliu ait esse casum apertum, signanter exemplificando in Gulpho D. Venetorum. Ias. in l. ex hoc jure, ff. de just. & jur. & in l. quominus, ff. de Flumin. Balb. in tractat. præscrip. in 4. par. 2. princip. quæst. 6. l. latissimè Mant. Clarissimus Jureconsultus Comes atque eques auratus optimè meritus. Vulgo autem Rogatorum concilium dicitur quem morem, à Romanis accepisse Sabellicus arbitratur, quia per viatores olim rogarentur Senatores, ut in curiam ad consultandum de Rep. venirent, sed tamen non idem semper ordo rogandi Senatus fuit apud Romanos, siquidem modò primus rogabatur, qui Princeps lectus erat in Senatu à Censoribus, is autem legi debebat Princeps Senatus, qui ex censoriis viris, qui censuram antea gessissent, antiquior superviveret, nonnunquam consules designati aut viri consulares ævo maximi, sum-

ſummis honoribus functi, ſæpè aliqui extra ordinem à conſulibus ſtudio & neceſſitudine ductis rogabantur primi, obſervatumq; fuit, ne quem citra conſularem locum extra ordinem primum conſul rogaret, quem tamen ordinem rogandi ſententias, calendis Januariis ſervare cæperat, is toto anno perpetuò ſervabatur. Verum hoc quoque non latuit Venetos, ſed quia, ſi unuſquiſque Senator promiſcuè, tum referre ad Senatum, tum ſententiam dicere poſſet, atque hoc officium proprium nullius eſſet, magnam ſemper in Senatu turbationem fore neceſſe erat, ideo à Senatu ſexdecim eliguntur. quos vulgus propterea quod maximè omnium ſapere videantur, Sapientes appellat, Contaren. verò Ariſtotelem immitatus, eò quod præconſultant illa, de quibus conſulendus eſt Senatus, præconſultores meritò nominat, qui jus habent & cogendi Senatum, & ad Senatum referendi, Sunt autem in tres ordines diſtributi, ita ut alii ſint majores, alii continenti oræ, alii ordinum. Præterea, ſicut Senatores triplicis erant ordinis, Patricii, † conſcripti, & Pedarii, Patricii dicti ſunt, centum illi Senatores à Romulo 31. Senatores triplicis ordinis.

l.cti

lecti, conscripti vero, qui Regum Consulumque decreto in Senatum legebantur, ita ut ridiculi sint Accurs. & reliqui existimantes conscriptos ideo dictos, quod in diadematis sua scripta haberent nomina in §. filiusfamiliàs inst. quibus modis jus patr. potest. solvit. De Pedariis autem parum firma est sententia, ut patet ex Fenestel. in titulo de Senator. origin. & Aul. Gel. noct. Attic. lib. 3. cap. 18. Cagnolo tamen placuit sententia, quam C. Bassus in suis commentariis scriptam reliquit, Senatores enim dicit in veterum ætate, qui currulem magistratum gessissent, curru solitos honoris gratia in curiam vehi, in quo curru sella esset, suprà quam considerent, sed eos Senatores, qui nondum currulem magistratum gessissent, pedibus ittavisse in curiam, propterea Senatores nondum majoribus honoribus functos, Pedarios dictos. Nos autem credimus Pedarios fuisse, qui non voce suffragerentur, licet in Senatum venire possent, ex quibus intelligere poterimus text. in l. fin. §. Senatores, de Senator. ibi, quia hi soli in Senatu sententiam dicere possunt. ubi Ulpianus Jurisconsultus vult, quæ supra de Senatoribus dixerat,

non

non de omnibus accipienda esse qui assidebant, quiq; in Senatum venire poterãt, ex iis enim plerique erant, qui dictionem sententiæ vocalem non habebant, hoc est quod de eo, quod in consultationem positum erat, suffragium voce non ferebant, sed in sententias, quas alii dixerant, pedibus ibant, hinc Pedaria sententia apud Laberium, cujus meminit Aul. Gel. noct. Attic. lib. 3. cap. 18.

Caput sine lingua pedaria sententia est.

Quamvis senatores etjam, qui voce ferebant suffragium, nihilominus sententiam quandoque pedibus ferrent. Sic & senatus Venetus ex centum & viginti cõstat, quorum sexaginta proprio vocabulo Senatores appellantur, & reliqui adjuncti (vulgò *de la zonta*,) præter hos pari jure in senatum veniunt, qui suffragia non habent, qui pedarii dici possunt, (vulgo *sotto pregadi*,) nominis quodammodo conformitate vocitãtur. Senatus decreto omnia Reipublicæ negotia ardua & eximia sanciuntur, Pax, Bellum, Induciæ, Fœdera, Privilegia, Prærogativæ, ex ipso Senatu, veluti ex primario quodam Reipub. fonte manant, majora negotia perpetuò silentio sanciuntur, sic etjam antiqtus decer-

32 Tacita S. C. aliquando.

cernebantur † quædam à Senatu, quæ palam enuntiare non licebat, quibus ideo tractandis, ne scribæ quidem intererant, ne communicatio consilii foret, sed censualium scribarumque officia Senatores complebant, & excepta in arcano consilio decreta servabantur, quæ tacita Senatusconsulta dicta sunt, quorum rationem & originem Capitolinus polite tractat, in tribus Gordianis, multa etjam hujusmodi exempla apud Venetos referre possumus, sed memorabilia aliquot posuit Egnat. illustrium virorum libr. 2. c. 1. sub titulo de arcanis consiliis patrum. Non tamen pedibus in sententiam eunt, aut recedunt Veneti, sicuti Romanos servasse memoriæ proditum est, neque palam sententiam dicũt, sed urnis ac suffragiis rem decernunt, sicut & Romani ipsi facere cõsueverant, quando gravia & ardua negotia imminebant. Porro autem Senatoribus tria † jussa fuisse M. Cicero scribit 2. de legibus, ut adsint, nam gravitatem res habet, cum Senatus & ordo frequens est, ut loco dicant, id est rogati, ut modo, ne verbosi sint. Contaren. lectis (inquit) in Senatu omnium sententiis, præfectus collegii si voluerit, surgit, sin minus maxime se-

33. Senatoribus tria jussa.

ſenex,aut is cui dicere volenti alii conceſſerint,elatioremque ſuggeſtum ad id factum conſcendens,verba ad Senatum facit, rationes omnes, quibus ſententiam ſuam adſtruat,diſſidenteſque refellat, in medium affert,modeſtè tamen & graviter,ut Senatorii ordinis virum decet, qui poſtquam peroraverit, ſurgit præconſultor alius,qui à priori diſſentiat, ſurgit deinde tertius,ſi tot ſententiæ fuerint, ſicq; deinceps res inter eos diſcutitur, quo ad nullus eorum ſit, qui verba facere velit, ſed poſtquam ultro citroque quantum libuerit,& orationibus, & argumentis hi contenderint, aliis quoque Senatoribus dicendi facultas datur. Quod verò pertinet ad ornamenta ſenatoria ſatis conſtat latum clavum fuiſſe, † erat autem latus 34.
clavus ſenatoria veſtis contexta purpura, Latus clavus quid.
ſic dicta quod purpuræ clavus aureus infixus eſſet pro more veterum, qui clavos veſtibus inſuebant l. cum aurum, in fin. cum l. ſequent.& l.veſtis ff. de aur. & argent.legat. quæ nunc à genere picturæ appellatur,verba ſunt Sexti Pompeji relata per Baif. in tit. de re veſtiar. ubi latiſſimè veſtimentorum genera explicavit, præcipuè veſtis ſenatoriæ ornamenta, & pur-

puræ usum: quæ omnia si ad Venetorum ornamenta revocabitis, facilè inde percipietis, eam, quam sæpe polliciti sumus comparationem. Alia ornamenta & insignia Suetonius in Augusto indicavit, sed & nobis spectare licebit prisca & memorabilia instituta apud Egnat. l. 2. ca. de Venetorum institutis. Quæ autem Senatorum ætas fuerit, non satis liquet. Corasius tamen nō nisi exacto ætatis anno 24. in Senatum quempiam admitti potuisse scribit. Onuphrius Panuinius antiquitatis peritissimus, narrat in primo fastorum, quando cautum est, uti Senatorum filii cum patribus in curiam (quod illis antelicuit) ne introirent, nisi unus Papirius, qui prætextatus appellatus est, eodem quoque tempore. S. C. factum esse, ne cui minori 25. annis in curiam aditus pateret ad quod credendum facilè aducor, tum authoritate Plutarchi in Pompejo, tum etjam quia & hoc apud Venetos servari videam, ne minor 25. annis Senator esse possit, nam & hoc sancitum ad exemplū Rom. Reip. facilè crediderim, cum jam intelligamus cæteris in rebus omnib. quo ad Senatum magistratusque attinet, eorum Remp. Romanæ expressam ac verā

effi-

effigiem exprimere,cætera de Senatu petenda ſunt ab Alexandro ab Alexandro, Sigonio,atq; aliis antiquitatum obſervatorib.qui dum de Romano agunt, Senat⁹ Veneti ſtatum exprimunt,& quaſi ante oculos lectorum ponunt. Atq; hæc quidẽ, quæ diximus,veriora videbuntur; ſi magiſtratus demonſtraverimus.†Patricios autem poſtq̃ & horũ incidit ſermo,tripliciter dici invenio,qui enim à cẽtum patrib. à Romulo lectis geniti ſunt, Patricii à principio ſunt nuncupati, quos non ſolũ in primo, ſed neq; in aliquo magiſtratuum gradu collocarem cum Cagnolo,quia licet à magiſtratibus deſcendant, non tamen erant neceſſario & ipſi magiſtratus, Tranquillus etenim de Auguſto loquens. Quanquam patricius (inquit) nec dum Senator, nec enim omnes patricii Senatores fuerunt, quod etjam oſtendunt pleræque leges ſub titulo de Senator. quibus ſeparatim, de Senatoribus, & de Senatorum filiis tractatur, quin de hoc potiſsimum tractari videtur, an Senatorum privilegia ad eorum liberos extendantur, quod alioquin neceſſarium non fuiſſet, intellige ergo, quod eſſet quædam adjectio honoris & præeminentiæ,

35. Patricii.

 quam

quam à patribus suis deducebant, arg, l:2. §.quæ omnia. C.de veter.jur.enucl.& gl. in l.jubemus, C.de advoc.divers.judic.in verbo sumptibus, quæ dicit, quod filii doctorum præferuntur aliis, cęteris paribus, & ideo gratis promoveri debent, sequitur Fel.in rub.de major.& obed. Secundo dicuntur patricii Senatores filii Senatorum, secundum Purpur. qui ita intelligit Fenestellam in tit. de Senat.origi. sed tamen Cagnol.voluit aliam esse mentem Fenestellæ, fatetur tamen quod isti Senatores filiiSenatorum patricii dici possunt, seu Senatores patricii, ita quod Doctores ponentesSenatores in primo gradu magistratuum ineptè postmodum exemplificant in istis patriciis, quia si simplices Senatores sunt in primo gradu, cui dubium, quod isti etjam qui sunt Senatores, & filii Senatorum erunt in eodem gradu, ex quibus colligere licet, Senatores non omnes fuisse patricios aut patricia dignitate exornatos, quod præter superiora perspicuum faciunt Cato senior, & alii innumeri, qui Senatores quidem fuerunt, sed non patricii. Tertio patricii dicuntur, quos in patres Principes sibi elegit, de quibus in l.fin.C.de consulibus.libr. 12. & in auth. const.quæ de dignit.in quibus jurib. con-

ſtat, quòd maxima erat dignitas, quia talem patriciam dignitatem nemo aſcendit, niſi ejus fides & induſtria fuerit in aliis dignitatibus approbata, ut tradit Jo. de Platea, in l. nemini, C. de conſul. lib. 12. & ideo merito doctores ponunt talem patriciatum in primo gradu, & in pręeminẽtia, cum ſit major dignitas q̃ Senatoria, §. filiusfamilias. inſt. quib. mod. jus patr. poteſt. ſolvit. l. fin. C. de conſulibus. libr. 12. quæ tamen jura ſunt correcta jure novo per auth. conſt. quæ de dignit. Patricios autem dictos eſſe Suidas ſcribit, quaſi patriæ & communis Reipubl. patres, qui præerant conſilio, quos non erubeſcit Juſtinianus ut patres agnoſcere, d. §. filiusfamilias, ad quam dignitatem ſummi honoris præmiiq; loco Ebrimirum Theodati generum, qui cum ſuis omnibus ultro ad Beliſarium Cæſariani exercitus Ducem, venerat; licet ex Gothis unum, Juſtinianus evexit, ut autor eſt Procopius lib. 1. de bello Gothorum. Clodoveo quoque cui poſtea nomen Ludovici datum Francorum Regi, Anaſtaſium Imperatorem per Oratores Patriaciatus titulum, noméque cum aurea corona miſiſſe ſcribit Paulus Æmilius de Regibus Francorum, Ca-

37. Franciæ pares, † Bud. in d.l.fi. de Senator. & Pir. libr. 1. de magistr. Pares Franciæ esse dixerunt, quid in suprema dignitate indictivi consilii esse censentur, quasi consilii principalis vertices, ab iis fortasse Regibus instituti, qui Imperatores quoque fuerunt, Sunt qui dicant, quod Carolus primus fidei Christianæ caritate adductus exercitum in Hispaniam transduxit, prius tamen, quam expeditionem produceret, rem dignam tanto Principe ordinavit, nam ex omni præcipua Francorum nobilitate duodecim selegit, quos secum in militia produceret, eos pares appellans, quia scilic. æquali inter se dignitate Regi constantes perpetuo essent, qui conservandis, coronandisq; Regibus adessent, sunt autem sex ecclesiastici, & sex Laici, quos refert Chassan. in dicto suo Catalog. in 5. part. princip. considerat. 43. Comperimus tamen hujuscemodi patricios paresve apud alias etjam gentes creari solitos esse, ut idem Bud. ostendit. Purp. autem credit † patricios esse milites ordinis, qui à principibus creantur, ex primatibus patriæ, sed tamen non audet firmare, quia esset confundere ordinem equestrem cum Senatorio. Plinius enim li. 33. Annuli (inquit) distinxere

38. Equites ordinis.

alte-

alterum ordinem à plebe, ſicuti lati clavus ab annulis Senatum, quod quidem jus non equitibus modo tanquàm bellicæ virtutis inſigne, ſed & Senatoribus conceſſum fuiſſe legimus, illis inquam, qui in legationibus operam ſuam Reipubl. navabant, idem enim Plinius libr. 39. longo inquit tempore ne Senatum quidem Romanum habuiſſe annulos aureos manifeſtum eſt, ſiquidem his tantum, qui ad exteras gentes ituri eſſent annuli publici dabantur, tametſi Hannibalis tempore, quo Italiam omni clade belli pervaſtabat, jus annulorum aureorum fuiſſe promiſcui uſus aſſeveret idem Plinius, quib. non modo Senatoria dignitas non minuitur, ſed immo nova equeſtris dignitatis acceſſione augeſcit. Jus autem annulorum donare apud antiquos id fermè erat, † quod equitem facere dicimus, & ſicuti antiquitus inſigne equeſtris ordinis erat annulus aureus, ita hodie ſunt calcaria, & torques aurei, qui militibus ob rem ſtrenuè geſtã donari ab Imperatoribus ſolebant, unde torquati dicti, qui duorum generum erãt. ſimplares, duplareſque. Veget. lib. 2. Torquati (inquit) duplares, torquati ſimplares erant, quibus torquis aureus ſolidus vir-

39. Equeſtris ordinis inſignia.

tutis præmium fuit, quem, qui meruisset præter laudem interdum duas consequebatur annonas, duplares duas, simplares unam, Torquati tamen hodie vocitari debent equites, qui vulgo cochleati dicuntur, ut sunt milites Sancti Michaelis in Francia, quem ordinem in honorem Michaelis Archangeli Reges Franciæ instituerunt. Duces Burgundiæ Chrisomallon cohortem instituerunt aureo vellere insignem. Reges Angliæ procerum Sodalium cohortem Periscelide donant. Alii Principes habentes tales ordines, alii & alia habent signa. An autem quilibet princeps in suo dominio & principatu aliquem, ordinem creare possit, dubitat Chass. Sic & antiquitus Equestris ordo divisus in plures species fuit nominibus variis, ex quibus, qui ampliori prærogativa illustres erant, Petræ cognomentũ tulere, plerique Fabiani, alii alio nomine censi. deniq; Nero Cæsar ordinem Augustanorum equitum instituit primus, præterea cingabantur Zona militari, quod erat equestris ordinis insigne, nec ante acceptum cingulum, milites habebantur, unde cinctus pro eo, qui eques factus est dicitur Marcello in l. Titius, ff. de testam.

milit.hodie etjam in his equitib.creãdis, hujus est dandi cinguli vestigiũ aliquod, sed id levissimum,& pertenue, eos enim princeps,aut qui à Principe habet ejus rei autoritatem,amplexatur, & extero quem gerunt ense leviter attacti, eundẽ ensem ab eo recipiunt,& condunt in vaginam; quia vero milites nullam gestandi ensis habent opportunitatem, nisi accingãtur, ideo accinctos,succinctos, cinctosq; pro hominibus armatis, & militiæ studiosis dicimus.Is autem ordo etsi Senatorio minor,magnæ tamen amplitudinis,vigorisque habitus est,quippe qui auct⁹ esset amplissimis honoribus, & Senatorio penè par,eoq; dignationis ordo processit, ut Mæcenas equestri gradu velut amplissimo fastigio contentus,ad Senatoriũ trãsire non curarit,cui postea secuti Cæsares laticlavum distinctum tamen à Senatorio,velut ordinis ornamentũ tradidere, tametsi publicani ét depravatis moribus huic ordini ascisserentur aliquãdo,postea paulatim Mancipes &Scribæ ꝓ concione ab Imperat.velut præcipuo munere aureis annulis donati cæpere,ut jã mirari quis desinat,si & hodie sint,q tales dignitates sibi cõparent,ꝙ frequentari vidisse testantur

tur Moder. Albens. in tract. de bel. par. 7. cap. 3 qui tamen non ideo magis sunt inter nobiles numerandi, atque recipiendi, prout neque de facta à vere nobilibus recipiuntur, quod etjam dixit Pet. de Antibo, doctor Gallicus, in tracta. de mun. §. 4. n. 62. & ideo ostensionales milites opinor Lampridio dictos in Alexandro, id est, ostentationis, tanquam alienos à labore & pulvere, nam hæc quoque dignitas, codicillis à Principe impetrari solet. Sed & in statu ecclesiastico sunt plures ordi-
40. nes militum,† Alii album amictum ge-
Equites Ecclesiastici.
stantes, cum rubra, & nigra cruce. Alii nigrum amictum, cum nigra, cum rubra; & cum alba cruce, in eam, quam videmus formulam de quibus per Volater. libr. 21. ca. de ordinibus militaribus. Polid. Virg. de inventor. rer. libr. 7. cap. 5. Chassa. in d. catalog. 9. part. consider. 8. cum seq. Novissime Pii milites per Pium IV. erecti & instituti sunt, gestantes imaginem Beati Ambrosii Episcopi ab una parte alicujus pendentis aurei, & ab altera insignia summi Pontificis cum clavibus desuper, & Thiara Pontificia impendenti, ut apparet in eorum bulla, qua etjam amplissimis, & honorificentissimis privilegiis donatur.

Opi-

Opinio Cagnol.in d.l.2.nu.172.mihi probabilior videtur,magisque amica veritati,dum antiquitati incognitam fuisse hanc patriciatus dignitatem affirmavit, & antiquatam temporibus nostris, etsi usurpato vocabulo patricios appellemus suæ cujusque civitatis primores cives,cujusmodi dignitas,quia percommoda fuit ut ait Pædianus ad honores consequendos,honorarie & ipsa dari cæpit,vel ab ipso etjam rerum principio. Sequitur ut videamus de magistratibus,&in primis † de Regibus quos initio civitatis constat omnem habuisse potestatem, An autem in numero magistratuum fuerint. Quæritur,ne frustra omnis suscipiatur labor, si in ejus rei,quæ non est, institutione consumatur,Pomp.Let.innuere videtur. Reges non fuisse in numero magistratuum, dum inquit,Romulum legem tulisse, ut nemo Regnum, aut magistratum iniret, nisi autor esset Deus,&sic regnum & magistratuum ut distincta, & diversa ponit, quamvis dicere possumus, quod illa disjunctiva ponitur inter genus & speciem, sicut in illo Evangelio,dicite discipulis& Petro.ut not.in rubr. C. de servit. & aqu. Contrarium voluisse videtur Pomp. Ju- 41. Ro. Reges an Magistratus.

tec.

rec.in d.l.2. de orig.jur.ver.quoad magistratus, dum dicit, Quo ad magistratus attinet, initio civitatis constat Reges omné potestatem habuisse, ergo inter magistratus connumerantur. Respodet Aq.in l.Imperium, de jur.omn.jud.nu,38.illum text. non ponere Reges sub nomine magistratuum, sed enumerare magistratus, qui erant tempore Regum. Quæ solutio est contra illummet text. nam in tractatu de Magistratibus, primo constitutos Reges fuisse dicit, ergo sub nomine magistratuum eos collocat, & si magistratus non fuissent, ad quid occuparent membranas, nam ibi solum de magistratibus agitur, & Fenestell. suo tractatu de Magistrat. Reges posuit, melius probant ejus verba in titulo, de Senat. origin. ibi, ne Reges quidem, aut Consules, aut alius quispiam magistratus inconsulto Senatu aliquid moliretur. Si quæratur postmodum; † Quo gradu connumerari debeant, dicendum est in primo, ut facit Pompon.in d.l.2.In eis enim non militat ratio, ob quam excluditur Imperator à gradibus magistratuum, nec non & Reges nostri temporis, quia omnes alii magistratus non procedebant ab eis, malè ita-

42. Illustres seu illustrissimi dici poterant.

itaque ſcribentes æquiparare contendunt Reges Rom. Regibus Franciæ, Hiſpaniæ, & ſimilibus, quandoquidem iſti ſint perpetui, nec privabiles regno. Illi privari poterant & expelli. d. l. 2. §. exactis, Illi per electionem Regnum conſequebantur, ut apud Fen. in tit. de inter. pot. Iſti per ſucceſſionem, Illi non conſtituebant magiſtratus teſte Pomp. Let. in tit. de pot. Sena. & pleb. Iſti magiſtratus creant. d. l. 1. ff. ad l. Jul. de ambit. Illi inconſulto Senatu nihil moliebantur, adeo ut cum Tarquinius ſuperbus pleraque præter Senatus autoritatem decerneret, amiſſo regio nomine Tirannus appellaretur, autore Fen. Iſti vero omnia ad libitum diſponũt. Et poſtremo quidquid male ſentiant ſcribentes, dicendum eſt ſecundum Cagnol. quod Reges illi Rom. populum recognoſcebant in ſuperiorem, penes quem in ſubſtantia remanebat imperium & facultas ejiciendi Reges, ut dictum eſt, Iſti autem ſuperiores non recognoſcunt. 45.

Ex prædictis etjam apparet, † quam longa ſit differentia inter Reges Roman. noſtri temporis, & Reges naſcentis urbis, quandoquidem de his quæri ſoleat, An ſtatim ex ipſa electione poſsint bona

An Reges Ro. noſtri æquiparentur antiquis.

Re-

rolum quoque Magnum & ipsum Gallorum Regem ab Adriano Pontifice supremi muneris & honoris loco patriciũ creatum accepimus ab eodem Æmilio. Formulam autem patriciatus † idem Cassiodorus retulit libr.6. his verbis. Si antiquitatis ordinem perscrutemur origine dignitatum, Patriciorum familia Jovi no scitur fuisse dicata, ut summi DEI (sicut putavere) cultura, locum primarium possideret, sed quia vos aliquid habere decebat eximium, & nomen ipsum patribus magna se vicinitate jũgebat, superstitione derelicta, ad vestrum cætum fælici códitione migravit, quia Pontificalis laus conscientiæ Senatui rectè poterat convenire, sic ex augurali familia Reges quoque legimus institutos, non injuria, quia decuit a tali propósito venire, qui nulla publica poterat jura tractare, hinc est, quod & honor ipse cinctus est, cum vacarent, nihil jurisdictionis habens, & judicantis cingulum non deponens, in quo fælicitas perpetua nascitur, dum successoris ambitio non timetur, nam mox ut datus fuerit, in vitę tempus reliquum homini fit coevus, ornatus individuus, cingulũ fidele, quod nescit ante deserere, quam de mundo

36. Patriciatus formula.

mundo homines contingat exire, credo ad similitudinem Pontificatus, unde venerat, rem fuisse formatam, qui sacerdotium non deponunt, nisi cum vitæ munera derelinquunt. additur, quod leges tantam illis reverentiam detulerunt, ut in sacris positus, cum hoc fuerit honore præcinct⁹ paternæ potestatis nexibus exuatur, nisi contra specialiter à Principe caveatur, quod constat ratione probabili constitutum, ut qui amplissimum gentium pretiosæ libertatis acceperat, vilissimam conditionem cum subditis non haberet, præfectorios & aliarum dignitatum viros p̄cedit unitatum, cedens fulgori, quem interdum etjam à nobis constat assumi, ꝓin de necessario laudatam intellige dignitaté, ne aut nos parũ dedisse videamur, aut tu negligentius tractes, si te aliqd mediocre suscepisse putaveris, quapropter ab illa indictione nostro munere sublevatus, Patritiatus culmen ascende, ꝙ quidã juridicorum à patribus dictum esse voluerũt, facturus omnia, quæ tantam reverentiam decent, nam q̃vis magna contulerit nostra clementia, habes adhuc, quod expectes, si te probabiliter tractare contẽdas. Hacten⁹ Cassiod. Patricios nostri tẽporis

37. Franciæ pares. † Bud. in d.l.fi. de Senator. & Pir. libr. 1. de magistr. Pares Franciæ esse dixerunt, quid in suprema dignitate indictivi consilii esse censentur, quasi consilii principalis vertices, ab iis fortasse Regibus instituti, qui Imperatores quoque fuerunt, Sunt qui dicant, quod Carolus primus fidei Christianæ caritate adductus exercitum in Hispaniam transduxit, prius tamen, quam expeditionem produceret, rem dignam tanto Principe ordinavit, nam ex omni præcipua Francorum nobilitate duodecim selegit, quos secum in militia produceret, eos pares appellans, quia scilic. æquali inter se dignitate Regi constantes perpetuo essent, qui conservandis, coronandisq; Regibus adessent, sunt autem sex ecclesiastici, & sex Laici, quos refert Chassan. in dicto suo Catalog. in 5. part. princip. considerat. 43. Comperimus tamen hujuscemodi patricios paresve apud alias etjam gentes creari solitos esse, ut idem Bud. ostendit. Purp. autem credit † patricios esse milites ordinis, qui à principibus creantur, ex primatibus patriæ, sed tamen non audet firmare, quia esset confundere ordinem equestrem cum Senatorio. Plinius enim li. 33. Annuli (inquit) distinxere

38. Equites ordinis.

alte-

alterum ordinem à plebe , ſicuti lati clavus ab annulis Senatum , quod quidem jus non equitibus modo tanquàm bellicæ virtutis inſigne , ſed & Senatoribus conceſſum fuiſſe legimus,illis inquam, qui in legationibus operam ſuam Reipubl. navabant,idem enim Plinius libr.39. longo inquit tempore ne Senatum quidem Romanum habuiſſe annulos aureos manifeſtum eſt,ſiquidem his tantum , qui ad exteras gentes ituri eſſent annuli publici dabantur,tametſi Hannibalis tempore,quo Italiam omni clade belli pervaſtabat , jus annulorum aureorum fuiſſe promiſcui uſus aſſeveret idem Plinius, quib.non modo Senatoria dignitas non minuitur , ſed immo nova equeſtris dignitatis acceſſione augeſcit. Jus autem annulorum donare apud antiquos id fermè erat,† quod e- 39.
quitem facere dicimus, & ſicuti antiquitus inſigne equeſtris ordinis erat annulus aureus,ita hodie ſunt calcaria, & torques aurei,qui militibus ob rem ſtrenuè geſtā donari ab Imperatoribus ſolebant , unde torquati dicti,qui duorum generum erāt. ſimplares, duplareſque. Veget.lib.2.Torquati(inquit)duplares, torquati ſimplares erant , quibus torquis aureus ſolidus vir-

Equeſtris ordinis inſignia.

tutis præmium fuit, quem qui meruiſſet præter laudem interdum duas conſequebatur annonas, duplares duas, ſimplares unam, Torquati tamen hodie vocitari debent equites, qui vulgo cochleati dicuntur, ut ſunt milites Sancti Michaelis in Francia, quem ordinem in honorem Michaelis Archangeli Reges Franciæ inſtituerunt. Duces Burgundiæ Chriſomallon cohortem inſtituerunt aureo vellere inſignem. Reges Angliæ procerum Sodalium cohortem Periſcelide donant. Alii Principes habentes tales ordines, alii & alia habent ſigna. An autem quilibet princeps in ſuo dominio & principatu aliquem ordinem creare poſſit, dubitat Chaſſ. Sic & antiquitus Equeſtris ordo diviſus in plures ſpecies fuit nominibus variis, ex quibus, qui ampliori prærogativa illuſtres erant, Petræ cognomentū tulere, plerique Fabiani, alii alio nomine cenſi. deniq; Nero Cæſar ordinem Auguſtanorum equitum inſtituit primus, præterea cingabantur Zona militari, quod erat equeſtris ordinis inſigne, nec ante acceptum cingulum milites habebantur, unde cinctus pro eo, qui eques factus eſt dicitur Marcello in l. Titius, ff. de teſtam. mi-

milit.hodie etjam in his equitib.creãdis, hujus est dandi cinguli vestigiũ aliquod, sed id levissimum,& pertenue, eos enim princeps,aut qui à Principe habet ejus rei autoritatem,amplexatur, & extero quem gerunt ense leviter attacti, eundé ensem ab eo recipiunt,& condunt in vaginam, quia vero milites nullam gestandi ensis habent opportunitatem, nisi accingãtur, ideo accinctos,succinctos, cinctosq; pro hominibus armatis, & militiæ studiosis dicimus.Is autem ordo etsi Senatorio minor,magnæ tamen amplitudinis,vigorisque habitus est,quippe qui auct⁹ esset amplissimis honoribus, & Senatorio penè par,eoq; dignationis ordo processit, ut Mæcenas equestri gradu velut amplissimo fastigio contentus,ad Senatoriũ trãsire non curarit,cui postea secuti Cæsares laticlavum distinctum tamen à Senatorio,velut ordinis ornamentũ tradidere, tametsi publicani ét depravatis moribus huic ordini ascisserentur aliquãdo,postea paulatim Mancipes &Scribæ ꝓ concione ab Imperat.velut præcipuo munere aureis annulis donati cæpere,ut jã mirari quis desinat,si & hodie sint,q tales dignitates sibi cõparent,ꝙ frequentari vidisse testantur

tur Moder. Albenſ. in tract. de bel. par. 7. cap. 3 qui tamen non ideo magis ſunt inter nobiles numerandi, atque recipiendi, prout neque de facta à vere nobilibus recipiuntur, quod etjam dixit Pet. de Antibo, doctor Gallicus, in tracta. de mun. §. 4. n. 62. & ideo oſtenſionales milites opinor Lampridio dictos in Alexandro, id eſt, oſtentationis, tanquam alienos à labore & pulvere, nam hæc quoque dignitas, codicillis à Principe impetrari ſolet. Sed & in ſtatu eccleſiaſtico ſunt plures ordi-

40. Equites Eccleſiaſtici. nes militum, † Alii album amictum geſtantes, cum rubra, & nigra cruce. Alii nigrum amictum, cum nigra, cum rubra, & cum alba cruce, in eam, quam videmus formulam de quibus per Volater. libr. 21. ca. de ordinibus militaribus. Polid. Virg. de inventor. rer. libr. 7. cap. 5. Chaſſa. in d. catalog. 9. part. conſider. 8. cum ſeq. Noviſſime Pii milites per Pium IV. erecti & inſtituti ſunt, geſtantes imaginem Beati Ambroſii Epiſcopi ab una parte alicujus pendentis aurei, & ab altera inſignia ſummi Pontificis cum clavibus deſuper, & Thiara Pontificia impendenti, ut apparet in eorum bulla, qua etjam ampliſſimis, & honorificentiſſimis privilegiis donâtur.

Opi-

Opinio Cagnol. in d. l. 2. nu. 172. mihi probabilior videtur, magisque amica veritati, dum antiquitati incognitam fuisse hanc patriciatus dignitatem affirmavit, & antiquatam temporibus nostris, etsi usurpato vocabulo patricios appellemus suæ cujusque civitatis primores cives, cujusmodi dignitas, quia percommoda fuit ut ait Pædianus ad honores consequendos, honorarie & ipsa dari cæpit, vel ab ipso etjam rerum principio. Sequitur ut videamus de magistratibus, & in primis † de Regibus quos initio civitatis constat omnem habuisse potestatem, An autem in numero magistratuum fuerint. Quæritur, ne frustra omnis suscipiatur labor, si in ejus rei, quæ non est, institutione consumatur, Pomp. Let. innuere videtur. Reges non fuisse in numero magistratuum, dum inquit, Romulum legem tulisse, ut nemo Regnum, aut magistratum iniret, nisi autor esset Deus, & sic regnum & magistratuum ut distincta, & diversa ponit, quamvis dicere possumus, quod illa disjunctiva ponitur inter genus & speciem, sicut in illo Evangelio, dicite discipulis & Petro. ut not. in rubr. C. de servit. & aqu. Contrarium voluisse videtur Pomp. Ju-

41. Ro. Reges an Magistratus.

rec.in d.l.2. de orig.jur.ver.quoad magistratus,dum dicit,Quo ad magistratus attinet,initio civitatis constat Reges omnẽ potestatem habuisse,ergo inter magistratus connumerantur.Respõdet Aq.in l.Imperium,de jur.omn.jud.nu,38.illum text. non ponere Reges sub nomine magistratuum,sed enumerare magistratus, qui erant tempore Regum. Quæ solutio est contra illummet text.nam in tractatu de Magistratibus, primo constitutos Reges fuisse dicit, ergo sub nomine magistratuum eos collocat, & si magistratus non fuissent, ad quid occuparent membranas, nam ibi solum de magistratibus agitur, & Fenestell. suo tractatu de Magistrat. Reges posuit, melius probant ejus verba in titulo,de Senat. origin. ibi, ne Reges quidem, aut Consules, aut alius quispiam magistratus inconsulto Senatu aliquid moliretur. Si quæratur postmodum; † Quo gradu connumerari debeant,dicendum est in primo,ut facit Pompon.in d.l.2.In eis enim non militat ratio,ob quam excluditur Imperator à gradibus magistratuum,nec non & Reges nostri temporis,quia omnes alii magistratus non procedebant ab eis, malè

42. Illustres seu illustrissimi dici poterant.

ita-

itaque ſcribentes æquiparare contendunt Reges Rom. Regibus Franciæ, Hiſpaniæ, & ſimilibus, quandoquidem iſti ſint perpetui, nec privabiles regno. Illi privari poterant & expelli. d. l. 2. §. exactis, Illi per electionem Regnum conſequebantur, ut apud Fen. in tit. de inter. pot. Iſti per ſucceſſionem, Illi non conſtituebant magiſtratus teſte Pomp. Let. in tit. de pot. Sena. & pleb. Iſti magiſtratus creant. d. l. 1. ff. ad l. Jul. de ambit. Illi inconſulto Senatu nihil moliebantur, adeo ut cum Tarquinius ſuperbus pleraque præter Senatus autoritatem decerneret, amiſſo regio nomine Tirannus appellaretur, autore Fen. Iſti vero omnia ad libitum diſponũt. Et poſtremo quidquid male ſentiant ſcribentes, dicendum eſt ſecundum Cagnol. quod Reges illi Rom. populum recognoſcebant in ſuperiorem, penes quem in ſubſtantia remanebat imperium, & facultas ejiciendi Reges, ut dictum eſt, Iſti autem ſuperiores non recognoſcunt. 43.

Ex prædictis etjam apparet, † quam longa ſit differentia inter Reges Roman. noſtri temporis, & Reges naſcentis urbis, quandoquidem de his quæri ſoleat, An ſtatim ex ipſa electione poſsint bona

An Reges Ro. noſtri æquiparentur antiquis.

Re-

Regni & Imperii administrare, tanquam habentes eandem potestatem, quam Imperatores in provinciis, Regno & Imperio subjectis. ut apud Bar. & Doct. in l. bene à Zenone, C. de quadrien. prſçcrip. in l. ex eo ff. de testa. milit. in l. sed & reprobari. ff. de excus. tut. Ro. Regi Illustrissimum
44. Venetorum † Ducem opponimus, quan-
Dux Venetorum doquidem Dux ipse privari possit, per electionem ducatum consequatur, non constituat magistratus, nihilque inconsulto Senatu facere possit, & denique Senatum ipsum recognoscat in superiorem, hinc etjam Patricius subsequens gladium vagina aurea tectum gerens, facile ostendit celeritatem ad ulciscenda facinora præmaturam non habere, nec sui arbitrii penitus totam esse Rempublicam, sed subsequentis Senatorii ordinis summam esse potestatem, ad similitudinem fascium, nam & Plutarchus problemate 82. An signum est (inquit) non oportere magistratus iracundiam promptam, ac dissolutam esse? Sed malitia, quoniam partim medicabilis est, partim curari non potest, virga quod medicari potest corrigunt, securi autem, quod emendari non potest abscindunt. Præterea ornatus corporis ipsius

Du-

Ducis Regius est, Purpurea enim veste, aut aurea semper utitur, capite gestat velamen linteum pro regio diademate, supra quod & gestat capitium purpureum limbo aureo ornatum, cujus pars, quæ occiput tegit, in cornu formam assurgit, sedem in suggestu habet velutiRegiam, Cunctæ Epistolæ Reip. sub nomine Principis prodeunt, obsignaturque. Orator quivis, aut quilibet alius qui ad Senatum scribere voluerit, literas ad eum destinat, decretorum, legum, ac Senatusconsultorum promulgationes ejus nomine exeũt, nummi omnes tam aurei quam argentei cum nomine ac figuraPrincipis excuduntur, ita ut liceat vobis ubique speciem Regis intueri, potestatem vero nusquam, cum omnis sit sibi adempta facultas principatu abutendi, & pro Tiranno se gerendi, quia & si tempore perpetuus sit, limitatam tamen magis habet potestatem, ut scribit Bal. lib. 5. cons. 325. & ideo dubitat Ang. in l. item veniunt. §. cæterum. ff. de petit. hæred. An Dux Venetorum habeat potestatem legis condendæ, sicut habet Princeps, l fin. C. de ll. Iisdem temporibus & Tribunum Celerum fuisse scribit † Pomp. is autem erat, qui Equitibus præ- 45. Tribun. Celerũ.

S tat,

erat, & veluti secundum locum à Regibus obtinebat, videns enim Romulus, quod juventuti opus esset quadam statuta, qua uteretur ad custodiam corporis, & ad urgentia rerum ministeria, tercentum viros ex generosissimis familiis eligens, robustissimis corporibus quos curiæ renunciarunt, singulæ denos juvenes, eos semper circum se habuit, nomenq; omnes ii cõmune habuerunt Celeres, ut nonnulli scribunt ab exequendi ministerii celeritate, proptos enim & veloces ad opera Romani Celeres vocabant. unde Q. Metellus Celer dictus, quod parenti mortuo gladiatorios ludos paucissimis diebus absolvit, cum omnes apparatus illius celeritatem obstupescerent, admirarenturq; diligentiam. Valerius Antias, & Pompejus Festus dicunt, à primo eorum duce, cui celer nomen fuit, nominatos fuisse, præerat autem Dux iste etjam Clarissimis si Anton. Garrono credimus, in dict. leg. secund. verb. iisdem, temporibus, qui fuit discipulus Pompon. Let. ut ipse fatetur, in §. postea aucta. Tres huic Tribuno suberant Centuriones, & sub eis magistratus rursum alii inferiores, qui per urbem sequentes eum cum telis, administri jussorum

rum erant, in exercitu autem propugnatores, protectoresque erant, ac multa in certaminibus corrigebant, primi pugnam capescentes, & ultimi prælio excedentes, ubi campus equestri pugnæ esset idoneus, equites, & ubi asper inviusque equis locus esset, pedites. Quem morem Romulum transtulisse à Lacedæmoniis, Dionysius ait, cum didicisset, quod apud eos generosissimi juvenum trecenti erant custodes Regum, quibus in bello utebantur scutatis, iisdem & equitibus & peditibus. Numa iis usus non fuit, ut Plutarchus inquit, scribens. Numa assumpto imperio omnium primum trecentorum illorum turmas, quibus ad tutelam corporis Romulus usque utens, celeres eos appellavit, dissolvit, neque enim dignum putabat, aut credentibus minus credere, aut non credentibus imperare. Purpur. hic æquiparat Mareschallos Ducum Sabaudiæ, qui in 46.
decretis magistri militum appellantur, Mareschallus.
quos illustres esse vult, post Jo. de Plat. in libr. 1. Codic. de præposit. sacr. cubic. libr. 12. suaderi potest, quia in rebus bellicis secundum locum post Principem tenent. Sed Cagn. numer 260. repræhendit

hanc æquiparationem, quia institutus fuit hic magistratus ut necessarius etjam tempore pacis ad custodiam Regii corporis, at Mareschallorum magistratus non ad custodiam corporis Principis est ordinatus, sed ad custodiam & defensionem status tempore bellorum. Ideo dicit ipse
47. Cagno.† quod magis accedit illi magistratui inspecta causa originali tantum, officium Capitanei guardæ & equitum cujus officium est institutum ad tuendam corporis Principis salutem, quamvis non neget minorem istius magistratus potestatem, ut pote qui non obtineat secundum locum post Principem, quod voluisse videtur ipsemet Purpur. nume 88. dum Ducem militum Principis personam observantium, quem Capitaneum guardæ, seu archeriorum dicit, comparari posse affirmat. Crederé distinctionem Alciat. in l. 1. C. de offic. præfect. hic quoque reponi posse, ita ut dicere possimus Tribunum Celerum olim non solum ad custodiam corporis deputatum, verum etjam in bella prodire solitum fuisse, ut etjam supra ostendi; sed ubi Romanorum opes creverunt; distincta fuisse officia, ita ut hic excubias ageret ad tuendam Principis salu-

Capitaneus guardæ.

lutem, ille vero contra hostes imperium tueretur, attenta igitur causa originali, procedet opinio Cagnol. attento eventu, procedet opinio Purpur.

Ideo Gugl. Benedict. in c. Raynutius, in glos. & † uxorem nomine Adelasiam, 48.
de testam. dixit, in Francia esse Comestabilem loco tribuni celerum, cum militiæ primus præficiatur post Regem, nec ab ista æquiparatione discrepat. Io. Pir. Reg. Senator in lib. 1. de magist. dum eum præfecto prætorio æquiparavit, qui successit loco Tribuni Celerum. Libet autem hic memorabile Trajani Imperatoris verbum recensere, qui cum Prætorio præfectum cingulo ejus dignitatis insigni donaret, ad eum, si Plinio in panegirico Trajani credimus ita dixisse fertur. Accipito hunc ensem, ut si quidem rectè atque è Republ. imperavero pro me, sin secus, in me utaris, qua etjam voce Principe sanè digna, cum Suræ Tribunatum militum traderet. Dionys. scribit usum fuisse. Parazonium (inquit) nudum ei porrexit, ac talem ait ensem accipe, quem pro me ita demum strinxeris, si juste imperavero, quod si perperam per me quicquam fieri cognoveris, in perniciem meam utaris velim, ita

Comestabilis.

ut conjicere vobis liceat idem officii fuisse tribuni Celerum apud Reges, quod præfecto prætorio apud Cæsares. Capitaneum guardæ non habent Venetorum Duces, in hoc secuti potius Numam Pompilium, quàm Romulum, evidens certè argumentum justæ dominationis. Veruntamen Imperatorem exercitus continentis

49. Imperator militum. oræ † loco tribuni Celerũ constituimus, quãdo continentis imperium externo ac conducto milite, vel etjam subdito potius, quam Veneto defendatur, quanquam nonnulli ob res egregiè gestas Veneta civitate, patricioq; jure donati fuerint. Præcedit autem clarissimos ad similitudinem Tribuni Celerum, cum sit princeps militiæ, ac post Ducem secundus, & ideo illustris dicitur in suprascriptione leg. ul. C. de offic. magist. milit.

An autem inter magistratus connume-

50. An inter magistratus cõnumerari debeat. rari debeat, dicẽdum est, quod sic per tex. in auth. de non alien. auth. permut. in fin. ibi, servabunt autem eam nostræ Reip. judices majores, & minores, civiles, & militares, colla. 2. immo omnes alii in re militari sunt ei subjecti, etjam in jurisdictione & justitia hinc est, quod gladio præcipuo ejus instrumento decoratur, inde cingulũ

di-

dignitatis dictum videtur, qua voce nihil frequentius in jure nostro, hunc aute cingendi gladii morem fuisse in signum conferendæ potestatis, ut de capite militis judicare quis posset, & in damnatum animadvertere, nec alii præterea id facere licuisse. Dionysius quoq; libr. 53. scribit. significatur etjam duobus capitibus in jure nostro, sub tit. de mil. testam. l. Titius, & l. pen. nam & tribunis militum, ac prefectis classium & aliarum, jus gladii dabatur, ut militaria delicta coercere possent, & quidem hoc intererat, quod ab his provocatio non erat, ab aliis erat, ut significat Paulus, lib. 5. senten, recept. ti. 28. & Cicer. de legib. tabula 2. post prin. hodie de militibus ita servatur, ut ad eum remittantur, si deliquerint, sub quo militabant, is autem, qui exercitū acceperit, ét jus animadvertendi in milites caligatos habet. l. de mil, ff. de custo. & exhib. reo. hinc etjam nunc mos antiquus durat, ut militum Imperat. ensis concedatur, seu baculus loco ensis, aput olim etjam fiebat, ut habetur 2. Macab. c. ul. cujus officium describitur à Marciano Jureconsulto, in l. officium. ff. de re mil. q̄ non minus in danda, q̄ in servanda disciplina dixit consistere, propter quod

& monet. ut parcissimè militibus det cō-meatum, ea est abeundi aliquo licentia, quo sensu accipitur toto illo titulo, & C. de domest. & protec. l. si quis, neq; est obscura ratio, cur difficilimè sit militi commeatus dandus, ne scilic. à signis atque exercitu aberret, idq; exiguo intervallo tē-poris cōgruit fieri, cū neq; piscatum, neq; venatum liceat militē mittere, ut in d. l. officium. Hinc legitur apud Cæsarem, quæstum eum esse, quod cohortes cōtra quod ipse jussisset, frumentatum essent egressæ, cum ne minimo quidem casu locum (inquit) hosti dari conveniat, sed neque privati sui commodi gratia, licet tribuno, sive etjam duci, milites à signis emittere, pœna quinque auri librarum constituta, si secus fecerit, ut in l. nemo, C. de re milit. imò etjamsi ex cā. militem ad ipsum mittat Cæsarem jubetur statim se comitibus quorum ea est cura præsentare, causasque itionis exponere, ut celerem remeandi facultatem accipiat, perperam vero & absque commeatu vagantes, jubentur provinciarum Præsides custodire, ipsumque admonere Cæsarem, quid facto opus sit, responsurum. d. l. nemo, quod usque adeo receptum est, ne aberret, neque vagetur,
ut

ut etjam si ex commeatu absit, non dicatur Reip. causa abesse, ut in l. 1. ff. de re mili. coercendi autem sunt milites per multam pecuniariam, munerum interdictionem, militiæ mutationem, gradus dejectionem, ignominiosam missionem. d. l. officium. & l. desertores. ff. de re milit. necnó & per capitis truncationem. l. qui comeatus. §. armat. ff. de re milit. l. omne delictum. ff. eod. Qui vero plura de ejus officio scire volet, videat ex Jureconsul. Bar. Veron. in tract. de Imper. milit. delig. & Luc. de Pen. in l. trib. C. de re mili. li. 12.

Consideretis an etjam in statu ecclesiastico † exemplum dari possit in Magno Magistro Rhodiensi, quod nomen est sibi impositum instar illius qui habet regimé & administrationem militum, & ut denotetur ejus autoritas additum est illud adjectivum Magnus, ad denotandam majoritatem, & superioritatem, ultra illam, quam habet magister militum, & ideo dicit Chassan. 9. part. consider. 4 quod iste Magnus Magister Rhodi post Summum Pontificem præcedere debet omnes Patriarchas, Cardinales & alios Pontifices ecclesiasticos, & cum videatur esse tantæ dignitatis, credit, quod post Imperatorem

51. Magnus Magister Rhodi.

& alios Principes habentes jura Imperii, ut sunt Reges Franciæ & Hispaniæ, præcedere debeat omnes Principes recognoscentes superiorem, & non habentes jura Imperii, puta Reges subditos Imperio, & quoscunque duces. Habet autem sub se multos milites, qui dicuntur Priores, quorum aliqui habent adjectionem hujus verbi Magni, ut Magnus Prior Franciæ, Magnus Prior Alverniæ, Magnus Prior Campaniæ, & similes, Statuta & ordinationes regulæ posuit Oldrad. consil. 127. ex quibus arguit majoritatem conventus, ideo eum videatis, quia amplè de illius potestate disserit. Exactis † Regibus Consules consti-
52. Cōsules. tuti sunt duo, penes quos summum jus esset, dicti ab eo quod Reipublicæ plurimum consulerent, ne tamen per omnia Regiam potestatem sibi vindicarent, lege lata factum est, ut ab eis provocatio esset neve possent in caput Civis Romani animadvertere injussu populi, solum relictum est illis, ut coercere possent, & in vincula publica duci juberent, Hactenus Pompon. Jureconsult. Ex quibus verbis conjicere licet, quod consularis potestas exemplo Regiæ potestatis con-

stituta fuit, & ideo Consules primi, Lictores, Solium, Eburneum, & Trabeam, hoc est vestem purpuream, cæteraque Regum insignia tenuere. l. 1. & 2. C. de consul. libr. 12. atque adeo sceptra coronasque aureas & violaceas, licet his non nisi in triumphorum pompis, & certis diebus ad honorem Deorum solennibus uterentur, ut inquit Livius. In quibus nihil immutatum, nisi quod ex perpetuo unius Imperio potestas duorum annua facta est, præterea fasces ambo non habebant, ne duplicatus terror Romanis videretur, verum cum venisset in suspicionem populo Valerius Publicola Consul, cæpit esse consularis autoritas, ut Fenestella ait longè inferior Regiæ potestatis, lege nanque factum est, ut à consulibus provocatio esset, nevè in caput civis Romani injussu populi possent animadvertere, solum relictum est eis, ut coercere possent, & in vincula publica duci juberent, procedente deinde tempore, cum populus in Augustum jus omne transtulisset, Consulum decus, honor & dignitas summa quidem semper fuit. leg. 1. 2. 3. C. de Consulibus lib. 12. Cæterum potestas eorum, & autoritas paulatim ad-

adeò restricta fuit & imminuta, ut vix umbram potestatis antiquæ retinuerint. §. 1. de consulib. col. 4. Sola enim cum primis juris dicendi facultas eis relicta fuit, licet cum imperio. l. 2. ff. de in jus vocan. qua Adriani sæculo adhuc usos liberè fuisse, vel ex Dione liquet, qui Adrianũ memorat sæpè consulibus assedisse, cum judicarent. Cæterum postea truncata illis ita fuit, ut dixerit glos. in l. 1. ff. de offic. consul. quod haberet tantummodo † jurisdictionem voluntariam, non autẽ contentiosam, quam tamen damnat Alex. hic in gl. in verbo tribuuntur & Severin. in l. Imperium, infra de juris. omn. judi. quæst. 10. urgentibus legibus, sed & ex historiis eos jura invitos quoq; reddidisse certum est. An autem solos, an cum judicibus, res est in ambiguo. Zas. in dict. l. 2. §. cumq, consules dicit dictum glossæ & doctorum intelligi debere de consulatu, qui sub Imperatorum manu redactus erat, nam administratione caruisse consules tunc temporis ostendit Mamertinus, qui Juliano Imperatori congratulatus de consulatu, inter alia dicit, In administrationibus laborem adjungi honori, in consulatu honorem sine labore suscipi, si vero de ve-

53. Consul an Magistratus.

tu-

tustiore consulatu loquamur, qui Populus Rom. adhuc libero intactus vigebat, tunc dicendum est, procedere ea, quæ de Imperio & contentiosa jurisdictione doctores voluerunt. Cagnol. num. 234. dicit, quod ista consideratio confunditur per l. fi. cui libertas, cum ibi, no. per Imol. ff. de cond. & demonstr. quæ loquitur de consulatu sub Imperatoribus, & tamen vult eos habuisse contentiosam jurisdictionem; sed jam supra diximus; consularem dignitatem etjam temporibus Cæsarum summá semper fuisse; verum successu temporis imminutam potestatem: Quam pridem autem hoc fuerit licet non constet; certè Justiniani temporibus officium consulis prorsus jam penè ad nihilum redactum erat, pridem enim honorarios magis, hoc est titulo tenus, tum plures consules fieri invaluerat; quam binos; atque ordinarios; tum consulatus dignitas codicillis passim impetrabatur. l. fin. C. de decur. libr. 10. l. penult. & fin. C. de consulibus libr. 12.

Ex his concordare possumus Jas. & Dec. † dicebat enim Jas. Consules fuisse superillustres, seu illustrissimos; quia omnia regalia insignia tenuere. Dec. vero di- *f* 4. Consules illustres.

dicebat eſſe illuſtres, per text. in d. l. 2. ibi, ne Conſules per omnia regiam poteſtatem vendicarent, nam Jaſ. loquitur de illis priſcis conſulibus, Dec. vero de conſulibus, qui creabantur poſt diminutam poteſtatem, & tamen adhuc iſti erant in primo ordine dignitatis, quia licet eorum poteſtas aliqualiter fuerit diminuta remāſit tamen titulus dignitatis, ſecundum Purpur. arg. tex. in l. fi. ff. de decur. cū multis ſimilibus, de quibus per Felin. in c. quæ in eccleſiarum. de conſtit. Jaſ. in l. ſciendum. §. fi. ff. qui ſatiſd. cog. & in l. ſi ita, §. Criſogonus. ff. de verb. oblig. quod intelligit Cagnol num. 275. etjam de conſulibus ſub Cæſaribus licet jam eſſet conſulatus ad exigua reſpective redactus, & à principe jam daretur. l. 2. cum glo. & tot. tit. C. de conſulibus lib. 12.

55. Formula Cōſulat⁹ Libet Conſulatus † formulam referre ex Caſſiodoro. Priſcorum judicio (inquit) qualis ſit Conſulatus hinc omnino datur intelligi, quando inter mundi dignitates eximias, ſolus meruit habere palmatas veſtes, quas fœlicitas dabat, præmia vincentium, nomen annorum, compenſatio ſola, cui debebantur omnia, ſtatum Reipublic. Rom. viri fortis dextera tue-

tuebatur, fortunas omnium, ac liberos hujus consilia vindicabant. & tot magnis debitis sola erat hujus retributio dignitatis, reperta in libertatis ornatum, inventa ad generale gaudium, per illam nimirum status Imperii jugiter crevit, illam semper fælix Roma suscepit, merito quidem genus habebatur imperii, merito supra omnes cives poterat, qui ab hoste patriam vendicabat, utilitates publicas sub æquitate disponens, jus dicebat etjam capiti; sed tuto illi commissa est potestas necis, qui fuerat auctor salutis, hinc est, quod etjam fasces atque secures tantæ potestati præceptæ sunt illigari, ut cum tardius solverentur, moram deliberationis acciperent, si de cæde, aut nece hominis aliquid censuissent, ita ut cum omnia ejus traderentur arbitrio, ne insolesceret animo, Consul dictus est à consulendo, hinc tanta largitas profluebat, ut illa dextra, quæ sanguinem copiose fuderat hostium, vitæ auxilium civib. manaret irriguum, sic quos felices per bella fecerat, studio largitatis explebat, in argumentum et publicę glorię solvebat famulos jugo servili, qui libertatem tantæ dederat civitati, sed nunc sumitis ista fęlicius, quando nos ha-

bemus labores consulum, & vos gaudia dignitatum. Palmatæ si quidem vestræ, nostræ probantur esse victoriæ, & prosper rimæ conditionis, eventu vos in pace ingenuitatem ceditis famulis, cum nos securitatem demus per bella Romanis, atque ideo per illam indictionem consulatus te decoramus insignibus. Pinge vastos humeros vario colore palmatæ, validâ manum victoriali Scipione nobilita, lares proprios etjam calceis auratis egredere, sellam currule pro sua magnitudine multis gradib. eminus ascende, ut in ocio subjectus merearis, quod nos per maximos labores assumimus imperantes, Rem victoriarum agitis, qui bella nescitis, nos, juvante DEO, regimus, nos, consulimus, & vestrum nomen annum designat, vicistis fœlicitate principes, qui & honores summos geritis, & dominationis tædia non habetis, quapropter erige confidentiam mentis tuæ, Consules esse magnanimos decet, opes privatas non cogites, qui gratiam publicam donando honore decrevisti, hinc est enim quod alios judices etjam non rogantes evehimus, Consules autem sperantes tantummodo promovemus, ut soli ad has largitates veniatis, qui

vos pares tantis expensis esse cognoscitis, alioqui onera essent potius, non honores, si supra vires aliquid imponeremus invitis. Fruere igitur decenter optatis, hic est ambitus, qui probatur. Esto mundo clarus, tibi prosperrimus, tuis autem posteris fæliciter imitandus. Consularitatis etjam formulam non omisit, Casiod. ut cognosceretur Consules dictos, qui verè Consulatum gessissent, Consulares vero, qui dignitatis insignia à Principe meruerant, & ideo Vulpianus de officio Cósulis libros tres, de officio quoque Consularium librum singularem scripsisse commemoratur.

Sed in hoc exemplo occurrit videre, An aliqui ex magistratibus hujus temporis conferri possint dictis Consulib. Pirr. libr. 1. magistratuum sentit nullum esse, qui ipsis comparari possit, & sequitur Purpur. num. 69. quamvis potestate antiquorum consulum non considerata, sed derivatione vocabuli, quod Consules appellati sint, quia Reipubl. consulere deberent, reperiantur Consules Civitatum, qui æquiparantur defensoribus ut scribit Martin. de Laud. in tractatu de officialibus principum, cap. 5. consules. & pariter re-

periuntur Consules artium, ut Consules artis lanæ apud Taurinenses, ut inqt hic Purpu. n.72. de Consulibus Vercellarum habetur in titulo de pac. Constant. in fin. Consules artis lanæ habet etjam antiquissima Verona, Consules quarteriorum opulentissima Brixia. Et Venetiis si lis de mercimonis interciderit, & ad mercaturam spectat, subsellia judicum adeuntur, qui ex ea re Consules mercatorum nominantur, non tamen cum antiquis comparandi. Verum Consulatus de quo quæri-
56. tur † si Bonintendio scribæ, quæ de origine urbis scripsit, fidem habemus, vetustissimus fuit, is enim nascentem urbem consulari potestate administratam videtur innuere, sed in re tam vetusta parum liquere potest, quatenus ea potestas se in cives extenderit. Illud tamen conspectione dignum putat Sabellicus, ab ea regiminis forma, qua Pop. Rom. ducentesimo ac quadragesimo circiter suæ conditionis anno primam libertatem delibasse dicatur, ab eadem civitatem Venetam suam inchoasse infantiam, ita tamen nos admittimus, ut sicuti Consules successerunt apud eos loco regum, ita Duces apud Venetos successerint loco Consulum; hinc

Consules antiquitus apud Venetos

sa-

factum esse credimus, cur insignia consularia adhuc retineant, præcipuè vestem varii coloris circa humeros observa.

Post deinde cum census † jam majore tempore agendus esset, & consules non sufficerent, huic quoque officio Censores constituti sunt dicit Pomponius, quod & Livius in hæc verba luculenter explicat. Ortum autem initium rei est, quod in populo per multos annos incenso, neque differri census poterat, neque Consulibus, cum tot populorum bella imminerent, operæ erat id negotium agere, mentio illata à Senatu est rem operosam, ac minimè Consularem suo proprio magistratu egere, cui scribarum ministerium, custodiæque & tabularum cura, cui arbitrium formulæ censendi subjiceretur, Censores igitur creati sunt, sic dicti, quod videlicet, eorum proprium munus esse censum agere, hoc est civium numerum recognoscere, ac eorum patrimonium æstimare & recensere. Censores inquit M. Varro, dicti sunt, quod ad Censionem eorum id est arbitrium populus censeretur. Festus tamen Pompejus Cen-

57. Censores

sores dictos ait, quod res suas tanti æstimare quisque solitus sit, quanti illi censuissent, nec magni propterea momenti fiebat initio censura, quam principio rerum primores civitatis spreverunt, verum ejus authoritas à parva origine orta, tanto (inquit Livius) incremento aucta est, ut morum disciplinæque Romanæ penes eam regimen, Senatus, Equitumque, Centuriæ, decoris dedecorisque discrimen sub ditione ejus magistratus esset, quem ideo magistratum Plutarchus in vita Titi Flaminii, amplissimum vocat, & perfectissimum Reipub. culmen, idem Plutarchus in Paulo Æmilio, Censura (inquit) maximam omnium reverentiæ magistratuum, plurimæque potestatis in aliis rebus tum maximè ad morum emendationem, nam à Senatu removere potest, equitibus auferre equos, notare infamia, censum agere, & in M. Portio Catone. Post Consulatum censuram ambivit; quæ cum omnium magistratuum facilè princeps sit, universæ Reipubl. supremum & perfectissimum locum habet, hæc cum alias res, tum vero ut mores, vitasque discutiat plurimo Imperio ac potestate est, utique de nuptiis, & liberorum procreatione, de vivendi ratione,

one, de conviviis diligenter inquirat, nullam denique omnium cupiditatum, ac institutionum esse, quam odorari, ac indagari non oporteat, iis enim longe putabant facilius, quam publicis muneribus, aut iis, quæ in oculis omnium fiunt hominum mores eum posse deprehendere, qui severitate disciplinæ, ne quis ad voluptatem uteretur, custodiret, & acerrime coerceret, ne quis primam ac consuetam vivendi disciplinam transgrederetur. Ex his colligere possumus, quod triplices fuerunt notæ censoriæ, vel enim magistratu reos movebant, vel publicum equum auferebant, vel faciebant ærarios, hoc est eorum nomine pro derelicto habito notæ causa suffragiis privarentur, nec amplius describebantur in albo suę centurię, nisi ut pro capite duntaxat tributi causa æs conferrent, ut Ascan. Pedian. ait in divinatione Ciceronis. Quamplurimæ apud Valer. Max. libr. 2. Aul. Gel. Livium, & alios leguntur. Successu temporis Romani nimiam potestatem essę rati, mucronem censorium multis remediis retuderunt, & ne impune insolescerent, censuræ extenuatis viribus, gravibus edictis coerciti sunt, quare Pub. Clodius in tribunatu

Plebiscito sanxit, ne quem censores notarent, nisi antea legitimè accusatus, & utriusque censoris judicio damnatus foret: hinc est, quod Cicero in oratione pro Cluentio negat. Censoria decreta vel rei judicatæ vim habere, vel infamiam irrogare, reprehensionis notam tantummodo putat, quæ tamen ultrà ignominiam non procedat.

58. Censor an magistratus.

De isto magistratu non faciunt mentionem doct. hic, † erat tamen de majoribus magistratibus ut ex prædictis patet, immo in omnes alios magistratus jus potestatemque habebat, poterant enim Cẽsores omnibus ordinibus secundum merita pœnas statuere, quemcunque magistratu privare, si eo indignus videretur, adeoque senatores ipsos Senatu ejicere, ut & Catonem in censura fecisse legimus qui L. Flaminium quod meretricis hortatu reum quempiam occidi jussisset, ordine senatorio extrusit, ut refert Valer. Maxim. libr. 2. capit. 4. qui dicit quod M. quoque Valerius, & Junius Brutus Censores L. Antonium Senatum moverunt, quod virginem, quam uxorem duxerat, nullo amicorum in cõsilium adhibito repudiasset, & Fabricius Censor, P. Corneli-

um

um Rufinum Consularem Senatu movit, quod decem argentei pondo facti haberet, autor est Livius libr.14. septem à censoribus e Senatu sublatos idem refert lib. 39.& lib.62. duos supra triginta, libr. etjam 98. quatuor & sexaginta , Multis equos ademerunt inquit Livius,& ideo de M. Valer.& L. Sempronio Censoribus, refert idem Valer. Maxim. loco supra citato . quadraginta juvenes , quia mandatum in Sicilia munitionum opus, explicere neglexerant, equis publicis spoliasse, & in numerum ærariorum retulisse , Aliud refert Aul. Gel. exemplum severè factum, libr. 4. capit. 20. Censores inquit P. Scipio Casica & M. Pompilius, cum equitũ censum agerent, equum nimis strigosum , & malè habitum , sed equitem ejus uberrimum , & habitissimum viderunt , & cur inquiunt, ita est, ut tu sis quam equus curatior? quoniam inquit , ego me curo , equũ Statius meus , visum est parum reverens esse responsum, relatusque in ærarios ut mos est, Livius libr. 24. refert Censores supra duo millia hominum, quod in magna Reip. necessitate nõ militassent neq; justam militiæ vacationem, neque morbi excusationẽ habẽtes, in ærarios retulisse,

triste illud S. C. censoriæ notæ adjicientes, ut ii omnes pedibus mererent, mitterenturque in Siciliam ad Cannensis exercitus reliquias. M. Livius quatuor & triginta tribus ærarias fecit.

Egnatius vir doctissimus lib. 2. cap. 4. dicit, † quod Venetiis ejus magistratus
59. nomen ac numerus desideratur, re tamen
Advocatores. ipsa, omnia quam simillima, quæ ad vitam moresque optimos tuendos civitatú spectare videntur, inesse credit in Advocatoribus, quorum censura inquit leges in primis observari præcipiuntur, ut si quid contra eas ab aliquo vel tantillum attétatum fuerit, ipsi simul, vel etjam singuli jus habeant summum intercedendi, deducendique crimen ad se delatum, vel ad quadraginta virale consilium, vel si quid gravius contra leges admissum fuerit ad Senatum, nonnunquam etjam ad supremum consilium. Sed licet esse Venetus, non tamen veram æquiparationem assecutus est, cum Advocatores in hoc potius triumviratus officio, quam Censorú fungantur.

60. Nos censorum vestigia, † quo ad re-
Cēsores rerum. rum recognitionem, relucere videmus in Decemviris censoriis, quos vulgus decem

sa-

ſapientes cenſus appellat, hi ſingulorum opes certo temporis intervallo cenſent re cognoſcendique cenſus jus habent, ac ſi quem nacti fuerint poſsidere, quem cenſeri voluerint, pœna mulctant & ad tributi reſtitutionem compellunt. Alius etjam præter hos eſt pecuniarius magiſtratus, qui in eam curam incumbit, ut cives ærarios factos, eoſque qui conſtitutam pecuniam non perſolverunt, quam ex cenſu debent, inveſtiget, eorumque bona publicet, & tandem ſub haſta vendat, vulgo caducarius dicitur, quia debitorum nomina fiunt caduca, & pro derelictis habentur, ac etjam ſuffragiis privantur, nec amplius aſſumi poſſunt ad magiſtratus, donec debitum non exſolverint.

Quo ad Morum caſtigationem, Cenſorum nomen numerum † ac poteſtatem pene parem obſervavimus, qui ne in creandis magiſtratibus ambitu peccetur diligenter animadvertunt, quod ſi quid in ea re fuerit compertum animadverſione dignum, conſiliorum arbitrio ſuffragationeque ſeveriſſime cognoſcunt. Diviſa poſtmodum fuit poteſtas & autoritas, ita ut alii Cenſores ultra ſupradictos creati fuerint coercendis conviviorum, ac veſti-

61. Cenſores morum.

62. Cenſores victus & veſtitus.

ſtium ſumptibus, nec mirum, quia ſicut in minoribus civitatibus contingit, ut uni alicui plura diverſa committantur, ita per contrarium in majoribus uſu venit, ut eadem res per plures perſonas auctore Arioſtotele diſtribuantur, argumentum certiſſimum, quod præpoſito alicui officio, illo non ſufficiente creandus eſt alius, facit text. in l. ſolet, cum ibi no. ff. de tu. & in c. grandi. de ſupplend. negli. prælat. lib. 6.

63. Dictatores. Populo aucto, cum crebra orirentur bella, † & quædam acriora finitimis inferrentur, interdum re exigente, placuit majoris poteſtatis magiſtratum conſtitui, itaq, Dictatores proditi ſunt, à quibus nec provocandi jus fuit, immo eis et capitis animadverſio data erat, quẽ magiſtratũ, quoniam ſummam poteſtatem haberet, non erat fas ultra ſex menſes retineri, anno duodecimo inquit Dion. vel ut Euſebius in Chronicis, & Eutropius libr. 1. de geſtis Romanorum dicunt nono poſt reges exactos T. Largio Flavio & Q. Clælio Conſul. congregato Concilio in Terentino agro, Latini, Sexto Tarquinio & genero ejus Octavio Manilio ducibus, præſideſque Aricinæ urbis, & Latini gene-

neris participes, susceperunt communiter adversus Romanos bellum, Romani vero paratis opportunis ad bellum scribere incipientes legiones, in multam inciderunt difficultatem, non eandem exhibentibus omnibus ad opera promptitudinem; vitæ enim tenuis homines, & præcipuè qui æs alienum dissolvere nequaquam poterant, multi admodum vocati ad arma minimè obtemperabant, neq; esse cũ patriciis participes alicujus operis volebant, nisi eis illi decernerent pecuniæ debitæ dissolutionem, quin & urbem relicturos se eorum aliqui prædicabant, cohortabanturque alter alterum, ne in urbe habitare cuperent, nullius se boni participes faciente. Primum igitur cohortari eos patricii, dissuaderequè eis ista nitebantur, postea vero quam nihilo illi moderatiores fiebant, convenientes in curia speculabantur, quæ nam decens opportunitas liberatura esset urbem perturbatione: Cum variæ dicerentur sententiæ, victrix fuit sententia, nullum fieri in præsentia Senatusconsultum de iis rebus, cum vero finem caperent præclarũ bella, tunc referrent ad Senat. Consules, exquirerentq; ab iis sententias, nulláq; interim

fieri

fieri exactionem, contractus alicujus, sive vadimonii, sive condemnationis, intermittiq; alias disceptationes omnes, justitiumque indici, neq; cognoscere magistratus de aliquo, præter ea quæ ad bellum pertinerent, Hoc Senatusconsultum datum in plebem, diminuit quidem aliquid civilis perturbationis, sed non tamé sustulit ex urbe omnem seditionem, erãt enim mercenariæ multitudinis aliqui, quibus minimè sufficiens auxilium videbatur spes de Senatu; clari certique habens nihil, sed ex duobus alterum postulabant Senatum facere, aut dare eis jam jam debitæ pecuniæ dimissionem, si eos socios habere vellet periculorum, aut non verba eis dantem, rem omnem ipsum in alia differre tempora, non enim sensus eosdem esse hominum cum indigent, & cum omnibus quorumcunque indigebant, sunt expleti, in tali Reipubl. constitutione speculans Senatus per quem maximè modú fieret, ne plebs amplius moliretur res novas, tollendam esse judicavit in præsentia consularem potestatem, aliquemque alium magistratum creandum, belli, pacis, reique omnis Dominum, Imperatorem, neque obnoxium rationi, reddendę alicujus

jus eorum, quæ vellet, aut ageret, esse vero potestatis tempus magistratui novo moderatum sex menses, postque tempus illud semestre imperare rursus Consules; Quæ vero Senatum cogebant ad tirannicum dissoluendum bellum, ultroneam tolerare tirannidem, multa quidem erant alia, super omnia vero lex, quam alter Consul sanxerat P. Valerius Publicola, cogitabat igitur hac lege stante minimè obtemperaturos esse coactos à magistratibus, pauperesque despicientes, (ut verisimile erat) supplicia, quæ non statim subituri essent, sed cum eos condemnasset populus, abrogata verò hac lege in multam omnes adduci necessitatem, ut jussa facerent, ne ergo pauperes adversarentur, si quis hāc legem palam abrogaret, statuit parem tirannidi magistratum adducere ad res gerendas, qui leges omnes sub se habiturus esset, scribitque Senatusconsultum per quod quidem decipiens pauperes, & quæ eis libertatem confirmabat legem auferens, latuit, erat autem Senatusconsultum tale, ut Largius & Clælius tūc Consules potestatem deponerent, & si quis alius magistratum haberet, aut publicarum rerum procurationem, unusque

vir,

vir, quemcumque Senatus eligeret, populusque confirmaret, rerum omnium potestatem assumens imperaret, non plus semestre tempus, majoremq; habens quam Consules potestatem, hoc quam haberet vim plebs ignorans decernit, firma esse, quæ Senatui viderentur, electionemq; futuri magistratus Senatui ipsi concedit cósutáti per sese facere, post hęc vero multa, affuit primoribus Senatus inquisitio atq; providentia de viro, qui esset ad imperium suscipiendus, tandem post multa Clęlius pronunciat Largium, quemadmodum soliti erant interreges seq; magistratu abdicat, sicque primus creatus est hic Romę Princeps unicus belli, pacis, rerumque cęterarum Imperator, unde etjam factum est, quod nullo alio pacto creari consuevit, quàm cum vis aliqua major de improviso oborta, ingentem urbi cladem minitari videretur.

6'4. An sint magistratus.

Is appellatus fuit à majoribus † magister populi, ut testatur Cicero de finibus bonorum & malorum, & Seneca in Epistolis. Eum, quem nos Dictatorem dicimus, & in historiis nominari ita legimus, apud antiquos magistratum populi vocatum, hodieque id extat in au-

gu-

guralibus libris, & testimonium est; quod qui ab illo magister equitum est, ideo dictus magister populi fuit, ut M. Varro ait, quod summum ei jus in populum, & summa potestas erat, ex quo factum fuit, secundum Gatron. ut qui potestatem aliquam de publico haberet, ut pote illá à suprema dictaturę potestate ortum duceret, Magistratus, velut ab albo albatus appellaretur, merito ponitur per omnes scribentes in primo ordine magistratuum, in eo enim jus majestatis & totius Imperii fuit, nam & capite multare, & Consulatu dejicere, honoresque aliis abrogare, aliis conferre poterat, & denique tantæ potestatis erat, ut liceret ei sine Senatu, aut populi consilio Romanos cives in vincula conjicere, atque indemnatos morte afficere, nam ansalus civium universorum, jus de capite vitaque leges, judiciorum libertas, aræ, foci, & dii penates, insuper bona conjugis, & liberorum, pudor, pudicitia, ejus tutelæ, potestati, fideique credebantur, cognationes quoque capita rerum habere, in exilium agere, bonis interdicere, capite multare, bellum, pacem, fœdera, societatesque etjam injussu
po-

populi facere, & dirimire, ſui arbitrii & juris erat, nam ſi quid collibuiſſet ſive delectum habere, ſive ad hoſtes ducere, aut aliquos auxilio juvare, ipſius dicto parere oportebat, cujus erat arbitrium pro numine, nulliquè provocare licebat, denique Dictatore creato omnium juriſdictio ceſſat; Conſules prætores omnesque magiſtratus ſub illius Imperio conticeſcunt, præter tribunos plebis. Dictatori Purpur. nume. 42. æquiparabat Venetorum ducem, quod poſtmodum correxit. num. 74. ſubdens neminem videre, qui hujus locú teneat hoc tempore, quod & Cagn. confirmavit, nu. 304.

Dicatis vos quod ſicuti Romani hoc exemplum † ſumpſerunt à Græcis ſecun-
65. Generalis Maris. dum Dionyſ. vel ut Licinius putat ab Albanis, dicens illos primos poſt Amulii & Numitoris mortem, deficiente Regia cognatione, annuos creaſſe magiſtratus, poteſtatem eandem habentes, quam Reges antea, vocaſſeque eos Dictatores. Sic etjam Veneti in hoc quoque exemplum ſumpſerunt à Romanis, nam qui univerſæ claſſi præficitur Imperator, qui vulgò generalis maris dicitur, eam propè poteſtatem habet ſecundum Illuſtriſsimum

Con.

Contaren. quam olim in Rom. Republic. Dictator retinebat, nisi quod omnibus in rebus paret autoritati Senatus & Reipub. decretis, summum tamen illijus tributum est, cum in classem, præfectos, legatosvè classis, tum in prætores ac magistratus omnes, qui cum imperio sunt in locis insulisque maritimis, ac munus publicum exercent, adeo ut cum classis Imperator ad aliquam civitatem accesserit, continuò ei sacerdotum clerus obviam prodeat, claves portarum & arcium ei dentur, jura prætorum sileant, ab omnibus magistratibus ad eum liceat provocare, quin si ita ei libuerit potest solus jus dicere, solus administrare pecuniam publicam, ac deniq; solus omnium potestatem habet, nullus est apud Venetos magistratus majoris autoritatis, idcircò raro admodum classi Imperator præficitur, non enim temere, nisi rerum necessitas ita exigat, alicui conceditur tam magna potestas, ut omnia unius civis arbitrio pendeant, semestri veluti tempore durat ejus imperium, Hoc in loco ea lex non est a nobis prætermittenda, Imperatorem, legatum, pręfectumvè classis ullum, non posse, cum triremib. armatis ingredi Venetam urbem, neque etjam

tunc cum in patriam redit, ſed cum primum Iſtriam pervenerit, quæ provincia centum ferè millibus paſſuum ab urbe diſtat, ſtipendium nautis ex legis decreto ſolvi dent, ibique omnes dimitti, deinde triremes à paucis Venetias deduci ſolebant, ſimilis eſt etenim Rom. legi, quę Imperatorem armatum Rubiconem traiicere vetabat, his verbis, Imperator ſive miles, ſive tyrannus, armatus quiſquis ſiſtito, vexillum armaq; deponito, nec citra hunc amnem Rubiconem, & ideo legim⁹ de Julio Cæſare, quod ideo quia trajeçit, hoſtis Pop. Rom. judicatus eſt.

66. Magiſter Equitū.

Dictatoribus Magiſtri equitum jungebantur ſic, † quo Regibus Tribuni celerum, qui veluti magiſter conſiliorum adeſſet, ac ſi fortè cum abeſſe contingeret Dictatorem, aut graviore morbo laborare, ejus vices gerere, & munera obire poſſet, factus ipſe veluti ſocius imperii, teſtiſque virtutis & ignaviæ Dictatoris, imò nullum unquam Dictatorem Romæ creatum abſque equitum magiſtro Halicar. libr. 5 conſtanter affirmat, is autem Dictator ſimul atque dictus erat, magiſtrum equitum nominabat, unde Furius Camillus quarto Dictator creatus, in hæc verba,

Va-

Valerium magiſtrum equitum nominaſſe auctor eſt. Liv. li. 6. Te P. Valeri ſocium imperii conſiliisq; legiones mecum adverſus Antiatem hoſtem ducere placet, tametſi Dictatorem & magiſtrum equitum à Senatu vel populo una plerumque dictos inveniamus, T. Largum cum in vehementi bellorum terrore eſſet, Senatus Dictatorem, & una cum illo Q. Minutium magiſtrum equitum dixit, & ſecundo Punico bello cum acerrimo prælio & maximo Reſp. afflictaretur, novo exemplo Populus ſine Patribus, (quod nunquã factum antea) Fabium Dictatorẽ & eundum Q. Minutium magiſtrum equitum dixit.

Sic totius claſſis legatus imperiũ habet in univerſam claſſem, ac in cunctos triremium Præfectos, qui vulgo Proviſor dicitur, ſecundum locum poſt Generalem tenens, qui niſi adſit Imperator, jus habet & capite multandi quos velit, & dirigendi claſſem, quo maluerit, hic quoque magiſtratus ſemper ferè etjam pacis tempore creatur abſque generali, præficiturque his triremibus, quæ armatæ ſunt. 67. Proviſor claſſis.

Sed ſicut ſub Regibus Tribuni Celerum,

tunc cum in patriam redit, ſed cum primum Iſtriam pervenerit, quæ provincia centum ferè millibus paſſuum ab urbe diſtat, ſtipendium nautis ex legis decreto ſolvi dent, ibique omnes dimitti, deinde triremes à paucis Venetias deduci ſolebant, ſimilis eſt etenim Rom. legi, quę Imperatorem armatum Rubiconem traiicere vetabat, his verbis, Imperator ſive miles, ſive tyrannus, armatus quiſquis ſiſtito, vexillum armaq; deponito, nec citra hunc amnem Rubiconem, & ideo legimꝰ de Julio Cæſare, quod ideo quia trajeçit, hoſtis Pop. Rom. judicatus eſt.

66. Magiſter Equitũ. Dictatoribus Magiſtri equitum jungebantur ſic, † quo Regibus Tribuni celerum, qui veluti magiſter conſiliorum adeſſet, ac ſi fortè cum abeſſe contingeret Dictatorem, aut graviore morbo laborare, ejus vices gerere, & munera obire poſſet, factus ipſe veluti ſocius imperii, teſtiſque virtutis & ignaviæ Dictatoris, imò nullum unquam Dictatorem Romæ creatum abſque equitum magiſtro Halicar. libr. 5 conſtanter affirmat, is autem Dictator ſimul atque dictus erat, magiſtrum equitum nominabat, unde Furius Camillus quarto Dictator creatus, in hæc verba, Va-

Valerium magistrum equitum nominasse auctor est. Liv. li. 6. Te P. Valeri socium imperii consiliisq; legiones mecum adversus Antiatem hostem ducere placet, tametsi Dictatorem & magistrum equitum à Senatu vel populo una plerumque dictos inveniamus, T. Largum cum in vehementi bellorum terrore esset, Senatus Dictatorem, & una cum illo Q. Minutium magistrum equitum dixit, & secundo Punico bello cum acerrimo prælio & maximo Resp. afflictaretur, novo exemplo Populus sine Patribus, (quod nunquã factum antea) Fabium Dictatoré & eundum Q. Minutium magistrum equitum dixit.

Sic totius classis legatus imperiũ habet in universam classem, ac in cunctos triremium Præfectos, qui vulgo Provisor dicitur, secundum locum post Generalem tenens, qui nisi adsit Imperator, jus habet & capite multandi quos velit, & dirigendi classem, quo maluerit, hic quoque magistratus semper ferè etjam pacis tempore creatur absque generali, præficiturque his triremibus, quæ armatæ sunt.

67. Provisor classis.

Sed sicut sub Regibus Tribuni Celerum,

68. rum, † sub Dictatorib. Magistri equitum
Præfect' ita regimentis Reipubl. ad Imperatorem
prætorio translatis, ad eorum similitudinem præfecti prætorio electi sunt, autor Pompo. Jureconsultus, in d.l.2. & Aurelius in l.1. ff. de officio præf. prætor, quæ verba cavillando interpretabatur Dec. hic, numer. 8. quod officium Dictatorum ferè erat, quale hodiè præfectorum prætorio, & malè, illa enim verba referri debent ad officium magistrorum equitum, & non Dictatorum, in qua sententia etjam fuere Fenest. & Pomp. Letus, dum dicunt præfectos prætorio successisse loco magistrorũ equitum, Valentinianus tamen Imperator, in l.1. C. de offic. præfect. prætor. sive urb. lib. 12. refragari videtur opinioni prędictæ, dum præsupponit fuisse eodẽ tempore præfectum prætorio, & magistrum equitum habentes diversa officia dignitatis indiscretè. Alciat. in d.l.1. dicit, quod olim regnante Romulo, eum qui præerat prætorio, solitum fuisse etjam in bella ꝓdire, & dictum magistrum equitum; sed ubi Romanorum opes creverunt, distincta fuisse officia, ut hic excubias ageret ad tuendam Principis salutem, ille verò contra hostes imperium tueretur, & si à Paulo

lo recentioribus Cæsaribus præfecti prætorio quandoque ad regendas provincias fuerint destinati, l. penul. & fi. C. de offic. præf. prætor. Ne tamen dicamus hac in re hallucinatum fuisse jurisconsultum, qui in l. 1 de offic. præfec. prætor. concurrit in prædictam sententiam, dicendum est secundum Cagn. nume. 266. prædictam distinctionem officiorum fortè factam fuisse post tempora jurisconsulti, in d. 1. l. videlicet temporibus Valentiniani imperatoris auctoris, d. l. 1. Licet autem ad similitudinem tribunorum Celerum, & magistrorum equitum præfecti prætorio electi fuerint, data est tamen eis plenior licentia & potestas, ut patet toto titulo, de offic. præfect. præto. ff. & C. nam ab eis non appellatur, credidit enim princeps eos, qui ob singularem industriam ad officii hujus magnitudinem adhiberentur, non aliter ꝑ sapientia ac splendore dignitatis suæ, q̃ eundẽ forẽ judicaturos. Alio ẽt privilegio hujusmodi potestas subnixa est, ne ab eorũ sententiã minores ab aliis magistratibus, nisi ab ipsis restitui possint, & deniq; potestas condendi legẽ eis concessa fuit etjam in toto orbe, secund. Bar. Rim. Aquens. & Curt. in l. imperium, ff. de ju-
 risd,

risd.omn.jud. Sed communis est in contrarium, quod immo non possit extra ejus provinciam legem generalem condere, per rationem, l.fi. ff.de jurisd. omn. jud.& ita voluit Roma.Fulg. Dec.Sever. Purpur &Valasc.in d.l.imperium, Cagn. in d.l.2.n.263. Verum ego in hac sum sententia, ut nullo modo habuerit potestaté legis condendæ, forma enim legem non significat, sed edictum ex bono & æquo editum quod probat textus, in l.1.ff.de extraord.cognit.ibi ut præses provinciæ secundum rei æquitatem & jurisdictionis ordinem convenientem formam rei det, & Imperator Alexander auctor, d. l. formam, exemplum aptissimum obtulisse videtur, in leg. ex divi Antonini C. locat.hanc autem sententiam adjuvat Cassio. in formula ejusdem dignitatis, dum ait.

69. Formula præf. pręt tor. Si honoris alicujus est origo laudabilis, si bonum initium sequentibus rebus potest dare præconium, tali auctore præfectura prætoriana gloriatur, qui & mundo prudentissimus, & divinitati maximè probatur acceptus, nam cum Pharao Rex Ægyptius de periculo futuræ famis inauditis somniis urgeretur, nec visionem tan-

tantam humanum posset revelare consilium, Joseph vir beatus inventus est, qui & futura veraciter prædiceret, & pereclitanti populo prudentissimè subveniret, ipse primum hujus dignitatis insulas cõsecravit, ipse carpentum reverendus ascẽdit, ad hoc gloriæ culmen evectus, ut per sapientiam conferret populis, quod præstare non potuerat potentia dominantis, ab illo namq; Patriarcha, & nunc pater appellatur imperii, ipsumq; hodie resonat vox præconis instruens judicem, ne se patiatur esse dissimilem, merito, ut cui tanta potestas potuit dari, videretur semper subtiliter admoneri, quædam enim huic dignitati & nobiscum jura comunia sunt, exhibet enim sine præscriptione longinquos, magna quantitate multat errantes, fiscum pro sua deliberatione distribuit, evectiones simili potestate largitur, vacantia bona proscribit, delicta provinciarum judicium punit, verbo sententiam dicit, quid est, quod non habet commissum, cujus est, vel ipse sermo judicium? Penè est, ut leges possit condere, quando ejus reverentia potest negotia sine appellatione finire, ingressus palatium nostra consuetudine

frequenter adoratur,& tale officium morem videtur ſolvere, quod, alios potuit accuſare. Poteſtate igitur nulla dignitas eſt æqualis,vice ſacra ubique judicat,nullus ei miles de fori ſui auctoritate præſcribit, excepto officiali Magiſtri militum, credo ut vel illis aliquid antiquitas cederet,qui videbantur pro Republ.bella tractare curiales etjam verberat,qui appellati ſunt legibus, minor Senatus, in officio ſuo jus retinet ſingulare,& talibus tantiſque noſcitur jubere,quos etjam provinciarum non audeant judices in aliqua parte contemnere,officium plane geniatum, efficax,inſtructum,& tota animi firmitate prævalidum,qui ſic peragent juſſa, ut nullis morentur dilationibus imperata, militia perfunctis Tribunorum & notariorum honorem tribuit, & milites ſuos illis exequat, qui inter proceres mixti noſtris conſpectibus obſecundat, gratanter implemus,quæ ille conſtituit,cujus reverentia & nos ita conſtringimur, ut ſine dubitatione faciamus, quæ illum decreviſſe cognoſcimus,non immerito, quando palatium ſua proviſione ſuſtentat,ſervientibus nobis procurat annonas,humanitates quoque judicibus ipſis facit, legatos

tos gentium voraces explet ordinationibus ſuis,& licet aliæ dignitates habeant titulos præfinitos, ab iſta totum pene geritur,quidquid in imperio noſtro æquabili moderttione tractatur hanc deniq; curarum omnium pulcherrimam molem (quod proſperum nobis,utile Reipub. ſit) ab illa indictione tuis humeris decenter imponimus,quam tu & ingenii virtute ſuſtineas,& ſumma fide tractare contendas, quę quantum diverſis ſolicitudinibus cõſtringitur,tanto magis laude ampliſſima dignitas hæc triumphat, & ideo tantum lumen gloriæ fit actionibus veſtris, ut & in palatio noſtro fulgeat,& in provinciarum longinquitate reluceat, Par tibi ſit cum poteſtate prudentia,conſcientię tuæ quadrifaria virtus aſſideat, tribunal tuum ideo tam excelſum factum eſſe noveris,ut locatus ibi nihil humile abjectumque cogitares, conſidera quid debeas dicere,quod à tantis excipitur, monimenta publica talia contineant, quæ ſe legiſſe nullus erubeſcat,Præſul mirabilis partem non habet cum delictis, quia ſi nihil aliquid egregium aſſiduè fecerit,culpam vel ocioſius incurrit,nam ſi prædictus auctor ſanctiſſimus ille recolatur, quoddam ſa-

cerdotium est Præfecturæ prætorianæ cōpetenter agere dignitatem.

Ideo erat Illustris, & inter primos, d. l. 1. C. de offic. præfect. prætor. juncta l. viros, C. de palatin. sacr. largit, li. 12. est tex. in l. de ordinario. C. de offic. præfect. prætor. orient. in l. præcipimus, C. de appell. in l. illustres. C de mod. mult. hinc est, quod illustrissimus dicitur, in §. illo, auth. de appellatio. & intr. qu. tempor. Eminétissimus, in l. 2. C. de sentent. ex brevic. recitand. Gloriosissimus, in §. fi. authen. de non alien. collat. 9.

Quis autem nunc æquiparetur præfecto prætorio in administratione provinciarum, dubium est, nam in re militari supra ostendimus Imperatorem militum Præfectum prætorio referre, & Joan. Pir. hunc præfectum comparabat Comestabili, cum ejus insigne sit gladius, quem districtum gestat Regem præcedens, ut etiā supra vidimus.

70. Magnus Magister Hospitii. Bud. dicebat † quod Præfectus prætorio dici potest magnus magister Hospitii & male, cum ista duo officia sint penitus distincta, & diversa, & maximè quia hujus magistri auctoritas concernit principaliter administrationem Hospitii Regis, & sub ejus cognitione &

puni-

punitione sunt omnes officiarii ipsius Regis, ut dicit Jacob. Rebuf. in rub. C. de quæstor. lib. 12. ubi dicit eos esse illustres, l. eos, C. de princi. agent. in reb. late Ioan. de Plat. prosequitur, in rub. C. de quæstor. & magistr. offic. Luc. de Pen. in l. 3. C. de Castrens. eod. lib. ubi etjam refert formulam ipsius officii ex Cassiodoro.

Idem Bud. hujus præfecti prætorio † instar nullum magis esse similem quam Cancellarium arbitratur. sed ab hac æquiparatione recedit Ioan. Pir. libr. 1. & 2. putatq; Cancellarium similem potius esse quæstori candidato, Purpur. autem dicit, quod in Cancellario concurrit vtraq; potestas &, præfecti prætorio, & quæstoris. 71. Cancellarius.

Ant. Vac. in rub. de offic. præfect. prętor. credidit † eum esse Senatorem Romę, extant enim libri duo postremi epistolarum Cassiodori. qui temporibus Justiniani scripsit, quorum prioris initio præfatur scripsisse se eos libros cum esset Præfectus prætorio Romæ sub Regibus Gottorum, qui exemplo Imperatorum vivebant; in his semper appellat se Senatoré populo, quo fit ut Romani Senatoris, qui hodie in capitolio jus dicit, appellationem ab eo descendisse existimet, quod tamen 72. Senator Romæ.

men tantum abest,ut videam Præfectum prætorio non Senatorii ordinis,sed equestris creari solitum fuisse, duravitque hic mos(quamvis à Tito interruptus)usque in Alexandri tempora,qui hoc munus Senatorium esse voluit, quod Lampridius ostendit in ejus vita, & hoc ideo, ne quis non Senator,de Romano Senatore judicaret,præterea video epistolas Cassiodori sic inscribi. Magni Aurelii Cassiodori Senatoris viri clarissimi, & illustris,exquæstoris palatii,exconsulis ordinarii, ex magistri officiorum, Præfecti prætorio, quo fit ut credam diversam fuisse potestatem Senatoris,à potestate præfecti prætorio. Accurs. in statu ecclesiastico Præfecto prætorio † æquiparabat Cardinales,
73. Cardinalis. in l.1.ff.de offic.præf. præt. quod Bart.dicit valde notandum, nobis vero insulsa nimis ejusmodi comparatio videtur,quia Præfectus prætorio,generalem causarum cognitionem cũ summo Imperio ac gladii potestate exercebat,nec aliud erat Præfectus prætorio, quàm præfectus Auditorio Cæsaris,Cardinales autem horum nihil habent,nullique tribunali præsunt, & Senatoribus magis sunt æquiparandi quã aliis,ut supra ostendimus.Plus similitudinis

nis † cum Præfecto prætorio hodiè obti- 74.
nere Præfectos prætorio Apostolico, qui Auditor
vulgo Auditores Rotæ dicuntur, licet cri- Rotæ.
minalem cognitionem non habeant, quá quemvis alium arbitratur Mar. Salam. in d.l.1. nescio tamen quo spiritu ductus. Ideo Cagnol. numero 264. dicit, quod nullus est hodiè magistratus, quem conferre prædicto valeat, ut qui ea possit, quæ Præfecto prætorio tribuebantur, adeo quod dicere possumus Præfecturam prætorii incognitam fuisse antiquitati, & antiquatam temporibus nostris. Ego autem suspicor † Protospatariatus dignitatem fu- 75.
isse, utpote inventá per illa tempora, qui- Protospa
bus Imperatores Constantinopolitani fi- tarianus.
eri cæperunt, quo dignitatis titulo nonnunquam Venetorum Duces ab ipsis Cóstantinopolitanis Imperatoribus decoratos fuisse legimus. Apud Longobardos Præfectos prætorio Exarchos † dictos fu- 76.
isse testatur Alexand. ab Alexandr. Jure- Exarch.
consultus elegantissimus genialium dierum libr: 4. cap. 23. ubi etjam ostendit apud exteras nationes diversis nominibus nuncupatos fuisse. Iisdem temporibus 77.
cum plebs à patribus secesisset, anno ferè Tribuni
septimodecimo post exactos † Reges Tri- plebis.
bu-

bunos sibi in mõte creavit, qui essent plebei magistratus, dicti Tribuni, quod olim in tres partes populus divisus esset, & ex singulis singuli, vel quia tribuum suffragio crearentur, ideo autem ferè Pomponius scripsit, quia Cicero in oratione pro Cornelio de majestate sextodecimo dixit, Eusebius vero in temporibus decimo octavo Secessionis hęc causa fuit, cũ plebs à divitibus favente Senatu vexaretur, & multa à Senatoribus gravissima perpeterentur, coorta est seditio, ii enim quib. nullum aderat peculium, aut pignoris aut vẽditionis nomine omnibus fortunis exuebantur, qui vero omnino inopes erant, in carceres deducebantur, quanquam plures vulnerum cicatrices, quas ipsi pro patria laborantes inter militandum acceperant, corporibus ostenderent, postremo cũ bellum adversus Sabinos suscepissent M. Valerio Dictatore pro illis ex Senatuscõsulto sponsore interveniente, divites sese modestius habituros polliciti sunt, postquàm autem eo bello egregiè ac ꝓsperè confecto, victores hostium rediere, nihil in eos mite aut clemens à fæneratoribus perpetratum est, Senatusq; meminisse cõventorum dissimulans, rursus eos in vincula

cula duci ac bonis spoliari contendebat, quo circa sævissimus in civitate tumultus,& intestinæ seditiones erant, quæ res cum minimè latuisset hostes, incursionibus factis agrum igni vastabant, cumque consules eos,qui per ætaté ferre arma poterant nominatim citarent, neminem eis obedisse constat, subinde inter primores discordiæ fluctuabant,existimabant nonnulli districtum illum nimis rigorem adversus inopes in mollius oportere remitti,cæteri reluctabantur, non æris magnitudinem,verum tentamé,& superbię popularis initium animo versantes, quod adeo temere contra leges insurgat, idcirco ut resipiscant sedandos,restringédosq; cujus rei gratia cum intra paucos dies sępe Senatus cogeretur,nec ullus propterea rebus afferretur exitus,congregati repente pauperes,se mutuo irritarunt,inde relicta urbe in sacrum monté transAnienem secesserunt,ubi quiete residendo, violentum quidem nihil, aut seditiosum agentes,se à divitibus urbe ejectos diu clamitabant,aeré,aquã,& sepulturæ locũ, ubique sibi præbituram Italiam,nihil amplius & Romam habitantes se assequi,quàm ut pro divitibus militando, vulnera & mortes

mortes excipiant, Quæ res pavorem injecit patribus, grandævos itaque qui placabiliores & plebi cariores erant. Oratores mittere placuit, prior orsus Menenius Agrippa, multa cum plebem orando, tum pro partibus incusando, denique sermone circuitu vulgatam illam de ventre, & mébris narrasse fabulam traditur. Quapropter mitigatis animis, agi deinde de concordia cæptum, concessumque in conditiones, ut plebei sui magistratus essent Sacrosancti, qui ei auxilio adversus Consules essent.

Sed an Tribuni plebis essent magistratus videndum est. † Pompon. in d. l. 2. §.
78. iisdem temporibus, innuere videtur, fuisse magistratus, & in §. hæc omnia. Tribunos plebis jura reddidisse confirmat. Plutarchus autem in problematibus negat magistratus esse, quia ex Sella Curruli, ut magistratus, jus non redderent, & ideo purpuram non gestare, cum cæteri magistratus purpurati incedant, nam nec inquit lictores habet, nec Sellam Currulé, nec creato Dictatore potestatem deponit, sed cum omnis potestas ad Dictatoré redeat, solus tribunus suam retinet, quasi Imperium nullum gerens, Livius etjam libr.

Tribuni plebis an magistratus.

libr.2.Tribunus (inquit) viatorem mittit ad Consulem,Consul lictorem ad Tribunum,privatum esse clamitans,sine Imperio, sine Magistratu, immo Tribunatus magistratui,& imperio potius objiciebatur,quàm ipse esset magistratus,unde nec domus Tribuni januam claudere moris erat,sed noctu & interdiu semper patere, tanquam portus ac profugium quibus opitulandum esset, magis ad impediendū ut inquit Plutarchus in vitis Grachorum & Uticensis,quam ad agendum creatus, confirmat Aul.Gel.dicens,Tribunos plebis vocationem habere nullam, quia antiquitus creati videntur non juri dicendo, nec causis quærelisque de absentibus noscendis,sed intercessionibus faciendis, nam tribunitiæ potestatis ea potissimum erat vis atque facultas, intercedendi inquam adversus magistratuum potētiam, Contra etjam Dictatoris Imperium Tribunis intercedendi potestatem fuisse nōnulli contendunt.Q.Fabii exemplo, qui cum magister equitum esset, & in eum, quod contra vetitum pugnasset.L.Papirius Dictator animadvertere vellet.M. Fabius pater qui ter Consul Dictatorq; fuerat,Tribunos plebis & Populum appel-

lavit, qui intercessione sua & si precariam præstitissent opem, reum tamen supplicio exemere. Ab uno quoque Tribunorum ad reliquos tribunos provocare licuisse, ipsosque intercedere potuisse non est controversia, neque enim levis erat unius tribuni in prohibendo potestas, si quidem uno aliquid fieri negante, nihil cæteri etjam si plures numero essent; decernere valerent, Quinetjam illud animadvertimus Tribunis quoties oportere visum fuit habendi & dissolvendi Senatus, intercedendi jus potestatemque fuisse, ipsis tamen cum frequens haberetur Senatus intra limites Curiæ adesse non licebat, sed positis ante Curiæ subselliis, quæ ad populum pertinerent Senatusconsulta excipere, quæ si probarent. T. Litera subscribere solebant, si autem minimè rata esse vellent, doteratSenatusconsultum per intercessiones tribunitias impediri, tametsi ævo posteriore tribunum frequenti curia de his, quæ ad populum pertinerentSenatum sæpè consuluisse, ibique subsellia habuisse, inter exempla inveniamus, donec Attinio plebiscito tribuni plebis Senatores effici meruere, hoc est, ut quem Tribuni plebs creasset, is hoc ipso in posterum

rum Senator esset, atque hanc esse Attinii plebisciti veram interpretationem voluit doctissimus Manutius, nec ab ea dissentit Sigon. E nostris autem Coras. in § postea aucta supra de orig. iur. Sed & de publicis criminib. tribunos quesivisse & cũ consilio cognovisse, exempla non desunt legimus enim quod C. Norbanus tribun. plebis, incitato in Q. Cæpionem populo, quia male pugnasset, ei Imperium abrogavit, & Cn. Domitius in tribunatu M. Scauro diem dixit ad populum, & ei multam irrogavit, quod ejus opera sacra multa populi Romani esse diminuta, diceret, Saturninus quoque tribunus plebis de Q. Metello Numidico, quod in legem suam jurare noluisset, tulit, ut ei aqua & igni interdiceretur, & M. Virgilius in Tribunatu L. Sillæ Imperatori diem dixit, ac denique P. Clodius tribunus plebis, lege ad populum lata, Ciceroni quod cives indicta causa damnasset, aqua & igni interdixit, & licet judicia ipsa fere omnia mutata fuerint sæpissime, non est tamen omnino antiqua consuetudo intermissa. De his tribunis verba non faciunt scribētes hic, nec ex magistratib. nostri temporis quepiam videt Cagn. nu-

me.321. qui tribuno plebis comparari possit. Nos Advocatorium † magistratum
79. Advocatores. tribunitiæ Romanorum potestati in eo similem credimus cum Sabellico ac Illustrissimo Contareno, quod magis intercessione polleat, quam judicatione, quam ob rem quilibet eorum qui in eo sunt magistratu, eam prope intercedendi potestatem habet quam apud Romanos tribuni plebis, sed illi ut tuerentur plebem, hi vero ut omnes indifferenter, unde Advocatores communis dicuntur, quasi omnium Advocati, & intercessores, illi ad populum seu plebem referebant, hi autem ad quadraginta viros de levioribus causis, de majoribus ad Senatum, & de maximis interdum ad majus consilium, Cæterum cum is magistratus tam amplam obtineat intercedendi potestatem in omnibus, legumque custodia ad eum potissimum pertineat, atque hi, qui facinus aliquod perpetrarint, maxime contra leges fecisse videantur, idcirco peculiari quodam modo hujusmodi delicta Advocatorum intercessione visa sunt esse corrigenda, licet ipsi nullam habeant potestatem quippiam contra reos statuendi, præterquam in parvis quibusdam causis, cætera omnia de consilii sententia statuuntur.

Sed & Auditores eandem † fere authoritatem obtinent in judiciis causarum forensium, quam Advocatores in Criminalibus, nam cum à judicibus contra aliquem sententia lata fuit, licet illi ab eorum judicio ad Auditores veteres, si causa sit urbana, si verò peregrina ad Novos provocare, quæ ad eorum subsellia deducta, si inter se dissenserint, vel eorum unus autoritatem habet intercedendi, causaque illa modo huic, modo illi consilio, ut ratio susceptæ causæ exigit cognoscenda subjicitur, uterque magistratus tanquam portus ac profugium quibus opitulandum sit. Præterea in comitiis habendis maximam mihi videntur habere convenientiam Advocatores, item & Auditores, cum Tribunis antiquis, Unus enim ex Advocatoribus, simul cum uno ex præfectis Decemvirum, ad extremam partem atrii se confert adversam principis suggesto, reliqui verò duo Advocatores in dextro latere comitii ex opposito duorum similiter Decemvirũ præfectorum, Consimili ratione veteres & Novi Auditores extremo loco comitii oppositis lateribus consident, dextro inquam ac sinistro, ut hujusmodi magistra-

80. Auditores.

cesso, viros duos creavere, quos ministros tribunorum & collegas, judicesq; vocave-runt, nunc tamen isti sermone eorũ gentilitio, ab officio ipsorum uno, sacrorum locorum curatores vocãtur, subministrativamq; potestatem alteram habent, sicut prius, suntq; eis permissa multa & magna, similesq; illi quodammodo sunt in plurimis. Qui apud Græcos ἀγορανόμοι dicũtur, De his multa apud Fenest. & alios, ex quorum dictis elicio, quod duo erant ædilium ordines, Plebei qui minores cẽsebantur, ædium curam habentes, Curru-les à Sella eburnea, cui insidebant, sic appellati: Deinde cum Julius rerum potiri cæpit, constituti alii duo, qui curam gererent annonæ forensis, copiæq; cibariorũ, cereales ideo dicti, nimirum à Cerere, quę Dea frugum existimatur. Procuratio † urbis & ædificiorum ad ædilium curam adeo pertinuit, ut cloacarum, viarum, aquęductum omniumq; publicorum & privatorum operum sui muneris esset, ut scil. providerent ea integra munda, & incorrupta asservari. † Currulium verò officium erat mensuras corrigere ut colligitur ex Pers in Sat.1. cum dicit.

82. AEdiles ædium.

83. AEdiles currules.

Sese aliquem credens Italo q; honore supinus,
Fregerit heminas Arreti ædilis iniquas.

tolio &palatio cum titulis honorum meruere,& M. Servilius,T.filius, ædilis Currulis,quod olei denas libras ſingulis aſſibus præſtitit celebri memoria dign⁹ fuit.

An autem eſſent magiſtratus,† Nónulli contendunt non contineri in numero magiſtratuum,cū neq; vocationem, neq; p̄henſionem habeant,ſed potius à privato ad majus tribunal præhendi ducique poſſent,l.lectos,cum l.ſeq. ff. de periculo & commodo.rei.vendit.& ideo legimus, quod M. Lævinus ædilis currulis è privato ad p̄torem in jus eſt eductus,propterea ædilem non eſſe ſacroſanct i opinati ſunt ꝙ Domitianus Cæſar facto declaravit, qui tribuno plebis auctor fuit ædilem repetundarum accuſandi,judiceſq; in eum à Senatu petendi. Ariſto.6.Polit.Ædilitatem in ſecunda ſpetie magiſtratuum neceſſariorum ponit,ſine quibus civitas eſſe non poſſit. Romæ autem minimi erant magiſtratus, ac perinde adoleſcentib.per hunc ad amplioris honoris gradum erat aſcenſus,ut teſtatur Cicer.3 de ll.legimus tamen ad Ædiles abſentib. vel impeditis conſúlib.ſummam rerum & majeſtatem conſularis Imperii ſæpe delatam fuiſſe,in tantumq; honoris culmen Ædilitas pro-

85. An Magiſtratus.

vecta fuit, ut urbe peste laborãte majestatẽ cõsularis Imperii ad ædiles decidisse T. Liv. autor sit, ac jã bonis tẽporib. ab optimis quibusq; splendor ędilitatis q̃situs fuerit, nã & duo Crassi & Q. Mut. & P. Lentulus, & Scaurus summis honorib. functi, Ædilitatem magnificentissimè gessere, illãq; magni muneris loco executi fuere.

Plures in inclita civitate Venetiarum † antiquæ Romæ imagine, ædilitatis of-
86. Divi Marci procuratores. ficio funguntur, & in primis, Divi Marci Procuratores templi ac sacrorum, qui in eo sunt thesaurorum, curam habent, sunt autem patricii ordinis omnes, sicut cæteri magistratus, & anteactæ vitæ laudibus, & ætate facilè principes, quippe cum nemo nisi maximus natu eam dignitatem adipiscatur. Sed & inter Ædiles † connu-
87. Provisores salutis. merandus est magistratus, cui urbis salubritas commissa est, hujus pręcipuum munus est providere, ne quid putridum, aut quod incolumitati civitatis officere possit, vendatur, deinde id sedulo curat, ut quam saluberrimè Venetiis agatur. Sunt
88. Veteris & Novæ Iustitiæ AEdiles. etjam veteris justitiæ ædiles, qui rerum venalium pondera, † si iniqua deprehenderint, lege puniunt, cibariisque pretium ascribunt, fuit etjam eorum olim munus, quod

quod nunc tres novæ justitiæ ædiles obeunt, loca etenim vinolentiæ apta inhibere ad ædilium curam pertinuit, quo nomine plurimum laudatur Nero à Suetonio, qui ædilis ne quid cocti præter legumina & olera in popinis venderetur acriter interdixit. Alii deniq; sunt constituti † præparando convehendoq; frumento, oleo, sale, ac aliis cibariis, ne civitas quandoq; caritate annonæ præmeretur, qui cereales dici possunt, sunt autem in plures classes distributi, sicut etjam plures sunt res, in quibus vitæ alimonia consistit. Sed & in oppidis & vicis ignobilibus ædiles sæpe fuisse legimus, qui de mensuris & rebus minimis jura dabant, quique saluti providebant, non tamen cum antiquis comparandi.

89. Provisores frumenti, salis, olei, &c.

Sequitur videre de Quæstorib. † qui pecuniæ præerant, qui dicti fuere ab eo, quod inquirendæ & conservandę pecuniæ causa creati erant. Hos autem à Tullo Hostilio tertio Romanorum Rege primum in Rep. inductos. Ulpian. scribit, in l. unic. ff. de offi. quæstor. & Corn. Tacitus lib. 11. Regibus Romæ Imperantibus, Quæstores (ait) institutos fuisse. Gratianus in lib. de potestatibus, quem Ulp. refert, ut dubi-

90. Quæstores.

bium est(inquit)An Romulo & Numa regnantibus Quæstores fuerint, ita Tulii Hostili tempore fuisse Quæstores constat. Pompon.tamen in d.l.2.§.deinde cum ærarium, de origi. jur. Consulum sæculo hunc honorem erectum fuisse asserere videtur, quem & Livii testimonium adjuvat, lib.4.his verbis. Consules, (inquit) nunquam fuerant, Regibus exactis creati sunt, Dictatoris nec imperium, nec nomé fuerat, apud patres esse cæpit, Tribuni plebis, Ædiles, Quæstores, nulli erant, institutum est, ut fierent, nec ab hac sententia dissentire videtur Plutarchus in Publicola, sed facile hic nodus solvitur, hi enim loquuntur post Reges exactos. Primus honoris gradus Quæstoris erat, ut docuit Cicero prima act.† in Verrem, & Pedia-
91. An magistratus. nus Senatoris(inquit) prima administratio erat Quæstorem fieri, provinciæ curam gerere, pecuniæ publicæ in usus diversos erogandæ, quod & Ulpianus, in d. l. unic. significare videtur, dum ait, Quæsturam ingressum esse, & quasi primordium gerendorum honorum, sententięq; in Senatu dicendæ. Idem tamen Cicero 3.de ll. refragari videtur, dum ex l.12.tabu.tradit, primum ascensum ad dignitates esse

ædi-

ædilitatem. Ideo Coras. dicebat, Quæsturam non esse de ordine magistratuum, nec Ulpianus ait, Quæsturam fuisse primum magistratuum, aut primum honorem, sed ingressum, & primordium quasi gerendorum honorum, hinc Arcadius, & Quæstura (inquit in aliqua civitate inter honores non habetur, sed personale munus est. l. fi. §. 1. ff. de muner. & honor. Ego eos in magistratuum numero admitto, licet inter minores, cum neque præhensionem neque vocationem haberent, ut tradit M. Varro, lib. 12. rerum humanarũ, nec sequitur ascensum ad dignitates esse ædilitatem, ergo exeludi Quæsturam, nam sequeretur tres tantum fuisse magistratus, quod non est dicendum, quanquam tres essent gradus magistratuum, licet autem ex minoribus magistratibus in urbe foret, ejus tamen dignationis erat, ut quisque egregius & bonæ indolis adolescens ex illa gradum ad reliquos honores faceret. Quin etjam tanto honori Quæstura fuit olim, ut consulares, magnisque honoribus functi, illam gerere indecorum non putarent, cum M. Valerio Volesi nepote. T. Quintius Capitolinus, qui ter Consul antea fuerat, quique amplissimis magistratibus insignis erat,

Quæsturam gerere non dubitaverit, Cato quoq; triumphalis senex Quæsturā ita gessit, ut consularis potestas Quæstorio muneri adjuncta videretur, quod & lege Pompeja cautum fuit, ut deinceps Quæstores non nisi viri consulares suffragio populi crearentur. Quæstores non unius, sed varii generis fuisse legimꝰ, nā alii erāt urbani, alii Provinciarū, alii Parricidii, alii Cādidati, Quæstores Urbani erant, q æraríi, vectigaliumq́; Pop. Rom. ejusq; quod publicè vel privatim erogandum erat curam habebant, cumq; exercitus scribi & in campum legiones educi oporteret, signa militaria promebant, hæc omnia (inquit Liv.) adeo maturè perfecta accepimus, ut signa eo ipso die à Quæstorib. ex ærario prompta delataq; in campū quarta diei hora mota ex campo sint, exercitusq; novus manserit ad decimum lapidem, quin etjam Regib. & legatis ex ultimis oris terrarum Romam profectis, publicum hospitium, & munera, quæ laucia dicta sunt, sæpe commeatus largè & hospitaliter, necnon & vestimenta per Quęstorem urbanum publico nomine præstabantur, ipsisq́; ac comitib. ne quid rerum deesset, urbani Quæstoris curæ mandabatur.

tur. Qui & si nullo Imperio fungerentur, quippe qui nec vocationem, nec præhensionem haberent, nec sella curruli, ut plerisq; magistratus, neq; lictorib. aut viatorib. insignes forent, & apud Prætore possent à privato in jus vocari, inter magistratus tamen connumerari debent, cum negotiosa & plena solicitudinis administratio fuerit. Advertendum est antequã ulterius progrediamur, quod Quæstores, urbani, & Quæstores ærarii idem erant, ut ex Fenest. videre licet, & satis declarat tex in d.l.2.§.deinde ad ærarium, ubi etjam Cagnol. comprobat, Quorum loco præfecti ærarii † successisse videntur. Tacit. libr. 13. de Nerone ait, Deinceps curam tabularum publicarum à Quæstoribus ad præfectos transtulit, de quibus fit mentio, in l. Senatus. ff. de jure fis. Jacob. Rebuf. in l. præcepit, & in l. 1. C. de canon. largit. tit. li. 10. tales administratores ærarii Comites vocat, nam (ut ait,) Princeps duo habebat patrimonia, ad quorum gubernationem præponebantur duo Comites. s. Comes sacrarum largitionum, & Comes rerum privatarum, qui habebant idem privilegium. l ult. C. de Palat. sacr. larg. li. 11. officium Comitis rerum priva-

92. Præfecti ærarii.

93. Comites Sacrarũ largitionum & rerũ privatarum.

tarum erat, ut gubernaret res fiscales, quæ appropriabantur ad commodum Principis, nec convertebantur in utilitatem publicam, de quo Luc. de pen. in l. si quando, C. de bon. vacant. libr. 10. & in l. 2. de petit. bo. subl. C. eo. lib. ubi refert ea, quæ pertinebant ad ejus officium. Officium vero Comitis sacrarum largitionum erat colligere tributum, quod applicabatur fisco, ex quo solvebantur stipendia militaria, Quilibet eorum erat illustris ut de comite rerum privatarum est text. in l. unic. C. de offic. comit. re. privat. juncta. l. fi. C. de assessor. de Comite sacrarum largitionum est textus, in l. sive ex prætoriano. C. de execut. & exact. lib. 12. in l. 1. §. ideo. C. de nov. Cod. compon. l. unic. C. de off. comi. sacr. largi. & in l. viros devotos, C. de pala. sacr. larg. e. li. 12.

Loco Quæstorum urbanorum in par-
94. tibus Franciæ, † & Sabaudiæ sunt præfe-
Præfecti ratiocinorū Receptores multarū. Generales finantiarum. cti ratiocinorum quos magistros computorum dicunt, loco vero Quæstorum ærarii sunt receptores multarum & emendarum, loco autem præfectorum ærarii sunt generales finantiarum, testis est Bud. in d. l. unic. ff. de offic. quæst. & Pir. de magistr. li. 2. & Purp. num. 104. Sed jam supra

dixi-

diximus Præfectos ærarii, Quæstores ærarii, & Quæstores urbanos idem esse, Unde credendum est, quod tales generales, Quæstoribus magis adaptari possint, cũ alii teneantur eis reddere computum, quod & voluisse videtur Gugl. Benedict. in c. Raynutius, in verbo, & uxorem nomine Adelasiam, nu. 509. extra de test. & ideo non mirum, si eos illustres esse dixit Purp. cui suscribit Cassa. 6. par. consider. 17. de quo tamen dubitat Cagn. num. 331. Idem tamen Bud. in d. l. unic. dicit, quod supradictorum administratorum diversissima nunc sunt munera, quam olim fuerint, erat enim alia prorsus ratio apud eos ærarii administrandi, atque nunc apud eos, pecunia namq; publica uno in loco condita erat, quod ærarium dicebatur, nunc autem privatim asservatur, privàtimque ejus ratio constat, quo fit ut ærarium illud dispersum sit in potestate paucorum. Nos Quæstores urbanos in hac Venetorum Republ. creari apud Sabellicum, ac Contarenum Reverendissimum, ad quem magistratum omnis tandem summa æris publici à quibuscumque magistratibus allata, qui seu extra urbem, seu in urbe, pecuniæ publicæ exigendæ

95. Quæstores urbani Venetiis.

curam habent, pervenit, at urbani hi Quæstores eam pecuniam ex Senatus decreto in usos publicos impendunt, in codicibusve suis & acceptum referunt, & expensum ferunt, quod munus cum operosum laboris non exigui sit, ideo junioribus comitti consuevit, qui tamen tum nobilitate generis, tum innocentia vitæ clari sunt, ne scilicet æs publicum quapiam ratione in rem privatam convertatur, quocirca urbanis quæstoribus jus Senatorium datum propemodum idem, quod legitimi Senatores habent. Sunt præter hos alii, qui veteris calculi dicuntur, hi enim rationes magistratuum omniũ maritimę orę libello ab eis accepto recognoscunt, suscipiuntq; summos principes aut legatos publicos, publico nomine, lautissimeq; hospitio habent. Fuerunt & Quæstores provinciarum, qui provincias decreto Senatus sortiebantur, comitandæ rei militari primum, deinde cum Imperatoribus ad rem pecuniariam administrandam, in necessariosq; belli usus erogandam, & captivam prædam, ac quidquid inde auri, argentique adveniret in rationes publicas referendum, creati. horum munus erat vectigalia Pop. Rom. in pro-

96. Quæstores provinciarũ.

vin-

vincia exigere. militibus ſtipendia prębere, ſingulaq; expenſa & accepta publicis rationibus inferre, ut apud Livium non ſemel, quæ cum ſine Imperio & poteſtate facilè nõ poſſent explicari conceſſum eſt, ut lictores haberent, utq; veſtem cæteraq; magiſtratus inſignia in provinciis ferre, ac de iſtiuſmodi negotiis, jus dicere poſſent. quod M. Ciceronis verba in oratione pro Plancio ſignificant, & Coraſ. lau dat, hos etjam tribunos ærarios dictos fu iſſe ſuſpicor, ex quo intelligi licet, quęſtores curaſſe pecuniam, quam in ærarium inferrent, tribunos autem ærarios, quam ex ærario ſumptam exercitui maximè erogarent. Bud. in d. l. unic. & Purp. hic dicunt, † quod eorum loco hodie habent Theſaurarios bellicos, quos vocabulo parum latino guerrarũ theſaurarios vocãt, attamen Cag. dicit, quò diverſum munus obeunt iſti theſaurarii bellici ab illo antiquorum munere. Sic † etjam cũ terreſtre bellũ ingruit apud Venetos, quæſtores in exercitum mittuntur, qui Imperatori ſemper adſtant, ut non ſolũ adminiſtrare rem pecuniariam, ſed etjã prædam ac manubias in rationes publicas referre valeãt, Verũ quia & tẽpore pacis creatos fuiſſe legimus,

97. Theſaurarii bellici.

98. Quæſtores militares & Civitatũ

mus, ideo dicendum est, quod quæstores, qui insignioribus civitatibus quæ sub Venetorum ditione sunt præficiuntur, illis comparari possunt, hi enim pecuniam publicam administrant, impendunt, & exigunt, habentque codices rationum publicarum, id vero pecuniæ, quod reliquũ fuerit ab impensis, Venetias ad quæstores urbanos defertur, ad quos ut supra diximus undique pecuniæ publicæ conferuntur.

99. Quæstores parricidii. Præter hos fuisse Quæstores parricidii apud multos comperimus tantæ dignationis, ut capitis reos agere, & majestatis postulare, diemq; perduellionis ad populum dicere, capitales res quærere, & de sontibus quæstiones habere possent, à quæstoribus Cæsone Fabio, & L. Valerio dies dicta perduellionis Cassio fuit, & ab Aulo Cornelio & Servilio quæstoribus M. Volsio, quod falsus haud dubiè testis in Cæsonem fuerat diem dictam accepimus, qui postea severa correctione damnati suorum facinorum pœnas dedere, & ideo illustres fuisse credendum est, quidquid dixerit Purpur. nam quod dicit post Zasium de notoriis tamen criminibus, maximam continet divinationem, estq; con-

contra generalitatem textus, in d. l. 2. ubi idcirco quæstores suffectos Pompon. ait, quia animadversionem in caput Romani civis Consules non haberent: ergo quod consulib. prohibitum, Quæstoribus permissum fuit, & ideo lictores & viatores eos habuisse legimus licet intercursu têporum alia successerit damnandi reos ratio, ut infra videbimus. Beroaldus quæstores parricidii, † judices maleficiorum 100. Iudices maleficiorum.
esse voluit; quod non aliter admittit Zasius, quàm cum prædicto temperamento, in notoriis scilicet criminibus. Ego autem nullo pacto admitto hanc æquiparationem, nam judices à magistratibus fuisse diversos non minimo illa sunt argumẽto, quòd magistratus aut judices darent, aut edictum interponerent, judices causa cognita judicarent, illi judices cogerent, hi in judicium coacti venirent, in iis quid quisq; ediceret, observaretur, in his quid plerique statuerent, spectaretur, judices denique sententiam ferrent, magistratus judicum sententiam pronunciarent.

Fuerunt & quarto loco quæstores 101. Quæstores candidati.
candidati, qui epistolis in Senatu legendis occupabantur, ut Jurisconsultus in d. l. 1. & Fenest. scribunt, ideo sic dicti, quia

fortasse candida veste integritatis insigni & ipsi uterentur. Hunc candidatum quæ-
102. Cācellarius Franciæ. storem Jo. Pir. & Gulie. Benedic. in d. c. †. Raynutius, in verbo & uxorem nomine Adelasiam, num. 485. æquiparant Cancellario Franciæ, quod origine attenta, ac primis principiis non tenent Purp. hic, n. 90. & Coras. in d. l. 1. verum considerata potestate & auctoritate ipsius quæstoris aucta sub Cæsarib. confirmat, Justiniani enim seculo, quæsturam nomen fuisse summi magistratus legimus tantæq; dignationis, ut principis diplomata, jussiones, & rescripta, non aliter reciperentur, quum si ejus subscriptione annotata essent. §. 1. auth. ut divin. juss. Qua dignitate functus est apud Justinianum Tribonianus. l. maximum vitium §. tum etjam. C. de liber. præter. apud Alexand. Ulpian. apud Neronem Seneca, ut refert idem Guliélm. in d. c. Raynutius, & adeo ascendit Cancellarii dignitas, ut ex electorib. Romani Imperatoris unus sit Imperii Cancellarius, secundum Zas. in d. l. 2. §. postea cum Appius, de orig. jur. quin immo tres Archiepiscopi electores Imperii, de quib. per glos. in c. ad Apostolicè, de re judic. in 6. sunt Cancellarii, Archiepiscopus Mogun-

guntinus, Germaniæ, Coloniensis, Italiæ, & Treverensis, Galliæ, In Francia fuit ex nostris Jureconsultis Jacobus de Ravenna, Petrus de Bellapertica, & Joannes Faber, sed inter alios fuit præstantissimus, & omnium literarum ac doctrinarū expertissimus, sanguineq; nobilissimus Guido de Rupeforti, post fratrem suum Gulielmum, ut dicit Chassa. in dicto catalog. 7. part. cons. 7. post Gulielm. Bened. in d. c. Raynutius, in eodem verbo, & uxore nomine Adelasiam, nu. 498. & Bud. in tract. de asse, in fine, & Anton. in 2 part. histor. tit. 11. c. 14. dicit, Cassiodorum fuisse Cancellarium Theodorici Regis Italiæ. Fuit etjam Cancellarius in ecclesia Romana,
† qui nunc Vicecancellarius dicitur, nam 103. Vice cancellarius.
cum olim de pari contendere voluisset cū summo Pontifice, statutum fuit pro lege, quod non amplius cancellarius, sed Vicecancellarius de cætero diceretur, quod & hodie servatur, ut dicit Zabar. in clemen. ne Romani, de election. & est tex. in proh. sext. §. sanè, Is aūt est judex in ptinētib. ad expeditionē bullarū, de quo latè per Chas- 104. Cancellarius Venetiarū.
san. in 4. part. Venetiis quoq; Cancellarius habetur, † q in maximo est honore, nullum n. Reip. ignorat arcanū, magni quoq;
 sunt

sunt ei reditus ex ære reipublicę constituti. Senatoriis ornamentis decoratur, ac clarissimus dignitate fruitur, licet patricii ordinis non sit, immo à quovis patricio ei loco creditur, præterquam à Procuratoribus, secundum Contar. ideo non mirum, si magnificus dicitur in l. universa re scripta. C de divers. rescrip. magnificétissimus & gloriosissimus, in auth. ut divin. jussion. Hujus autem ut arbitror quęsturæ formulam † idem Cassiodo. perse-
105. Formula Quæsturæ.
cutus est his verbis, tantum claræ sunt dignitates quātum nostris affatibus perfruuntur, si præsentia frequens prodit dominantis affectum, nullus ita judicum potest esse gloriosus, quam ille, qui est in cogitationum nostrarum participatione susceptus, aliis enim pecuniæ publicæ committimus procurationem, aliis causas cōcedimus audiendas, aliis patrimonii nostri jura delegamus, Quæsturam toto corde recipimus, quam nostræ linguę vocem esse censemus, Hæc nostris cogitationibus necessario familiariter applicatur, ut proprie dicere possit, quod nos sentire cognoscit, arbitrium suæ voluntatis deponit, & ita mentis nostræ velle suscipit, ut à nobis magis putetur exisse, quod loquitur.

tur. O quam ardua est subjectum vera dominantis assumere, loqui posse, quod nostrum credatur, & provecti in publicum decorem, gloriosam facere fęlicitatem, considerate, quid ponderis habeatis pariter & decoris, si quid dubitamus à quæstore requirimus, qui est thesaurus famæ, publicæ armarium legum, paratus semper ad subitum, & (ut ait Tullius magister eloquentiæ) nihil præstabilius videtur, quam posse dicendo tenere hominum mentes, allicere voluntates, impellere quo velit, unde autem velit, deducere: Nã si oratoris est proprium graviter & ornate dicere, ut possit animos judicum commovere, quanto facundior debet esse, qui ore principis populos noscitur admonere? ut recta diligant, perversa contemnãt, bonos sine fine laudent, pessimos vehementer accusent, ut pœnè feriata sit districtio, ubi prævalet eloquentiæ fortitudo sit imitator prudentissimus, antiquorum, mores alienos corrigat, & suos debita integritate custodiat: talem denique oportet esse quæstorem, qualem portare principis decet imaginem, nam si nos (ut assolet) causam gestis adire cõtingat, quę auctoritas erit linguæ, quæ sub oculis re-

gale genium possit implere? adesse debet scientia juris, cautela sermonis, ut nemo debeat reprehendere, quod principem cóstiterit censuisse, opus erit præterea firmitas animi, ut à justitiæ tramite nullis muneribus, nullis terroribus auferatur. Nam pro æquitate servanda & nobis patimur contradici, cùi etjam oportet obediri, sed vide, ut tantum doctrinæ deferas, quatenus probabiliter omnia perquisitus exponas, aliæ quippe dignitates assessorum solatia quærant, tua vero dignitas principi consilia subministrat, atque ideo prudentiæ vel eloquentiæ tuæ fama provocati Quæsturam tibi gloriam literarum, civilitatis templum, genetricem omnium dignitatum, continentiæ domicilium, virtutum omnium sedem, per illam Indictionem Deo præstante concedimus, ut sic, agas quemadmodum te parem rebus prædictis esse contendas, ad te enim provinciæ sua vota transmittunt, à te Senatus juris quærit auxilium, à te docti probantur expetere, quod noverunt, & necesse tibi est omnibus sufficere, quantos à nobis cótigerit legum remedia postulare, sed cum hæc omnia feceris nullis elationib. efferaris, nulla mordearis invidia, alienis calami-

mitatibus non læteris, quia, quod odiosum est principi, non potest covenire quæstori. Exercere potestatem principis conditione subjecti, sic ore vero glorificatus eloquere, ut te tamen rationem credas nobis judicibus redditurum, ubi aut culpabilis vicissitudinem recipit, aut levi propositi gloriam laudatus acquirit.

Sequitur videre de Decemviris, hanc autem historiam latè prosequitur Fenest. & latius Dionys. à quibus non dissentit Livius. Ad describendas leges, quas retulerunt legati, & ferendas, quæ Senatui populoque Romano utiles viderentur, abrogatis eo anno magistratibus omnibus Decemviri sine provocatione creati sunt Appius Claudius Sabinus, T. L. Genutius, P. Sextius Vaticanus, T. Veturius Cicurinus. C. Julius Tullus, A. Manilius, P. Sulpitius Camerinus, Sp. Posthumius Albus, P. Oratius Puluillus, & T. Romulius Vaticanus, hoc autem ordine Decemviri, sicuti Livius lib. 3. scribit Remp. moderabantur nam decimo die singuli jus reddebant, tumq; pœnes præfectum juris, fasces duodecim erant, collegis novem singuli accensi apparebant, cumque promptum hoc jus velut ex oraculo incorruptum,

106. Decemviri.

pa-

pariter ab his ſummi infimique ferrent, tum legibus condendis opera dabatur, ingentique hominum expectatione propoſitis decem tabulis, populum ad concionem vocaverunt, & quod bonum fauſtumque ipſis liberiſque eorum eſſet, ire, & legere, propoſitas leges juſſerunt, conteſtantes, ſe quantum decem hominum ingeniis providere potuit, omnibus ſummis infimiſque jura æquaſſe, ita centuriatis comitiis decem tabularum leges latæ ſunt, vulgatur deinde rumor duas deeſſe tabulas, quibus adjectis abſolvi poſſit corpus univerſum juris Pop. Rom. quocirca ſequenti anno Decemviri iterum creati ſunt Appius Claudius Sabinus, is, qui ſemetipſum, cum haberet comitia novo peſſimoque exemplo creavit, ſoluſq, ſibi continuavit imperium, L. Minutius Augurinus, M. Cornelius, Maluginenſis, M. Sergius, Q. Fabius Vibulanus, Q. Pætilius, T. Antonius Merenda, Cæſo Duillius, Sp. Oppius Cornicen. & M. Robulejus. Primi officio ſuo honeſtè perfuncti ſunt, quippe qui perlatis legibus x. tabularum Centuriatis comitiis, ſua ſpontè magiſtratu ſe abdicarunt, niſi quod Appius ex ipſis unus, cum haberent comi-

tia,

tia, sibi continuari Imperium, procuravit, secundo creati sub perficiendarum legum velamento, magistratum tertii anni callido ingenio sibi usurparunt, dicentes se non in annum creatos, sed donec leges, quæ deessent, perferrentur, & die, quo deponere magistratus mos erat, nimirum idibus Majis, repente singuli cum duodecim fascibus prodiere, cum tamen priores Decemviri servassent, ut unus tãtum fasces haberet, & hoc insigne regium in orbem per omnes suam cujusq; vicem irent, itaque centum viginti lictores forum impleverunt, cum fascibus secures alligatas præferentes, unde multiplicatus terror, non infimis solum, sed etjam primoribus patrum, neque suus urbem fefellit timor, primum enim à patribus abstinere cœpissent, in plebem crudelitatem libidinemque exercebant, ut inquit Livius, hominum non causarum toti erant, ut apud quos gratia, vim æqui haberet, judicia domi conflabant, pronuntiabãt in foro, si quis collegam appellasset ab eo ad quem venerat, ita discedebat, ut eum valde pœniteret non prioris decreto stetisse, & jam ne tergo quidem abstinebant, virgis alios cædebant, alios securi percutiebant,

bant, & ne gratuita crudelitas eorum esset damnatorum bona pro arbitrio, & libidine velut propria donabant, donec invito eorum Imperio finem attulit libido Appii Claudii, nota autem est historia, quam & Pompon. retulit in §. & cum placuisset, Quod autem Pompon. dicit, Decemviros constitutos, qui leges peterent non est simpliciter accipiendum, nam veritas historiæ habet, tres tantummodo legatos ad Græciam pro legibus ferrendis missos, ut author est Fenes. Livius, Dionysiusque, allatis vero legibus Decemviros constitutos fuisse constat, & hoc modo, à Livio, Dionysio, cæterisq; historicis non dissentit. Hujus magistratus non meminere Doct. neque in hac lege, neque in l. 2. Cagnol. nume. 373. non esse dubitandum dicit, quin maximus fuerit, & in primo gradu, cum omnes alios faceret cessare, & sine appellatione esset, prȩterquam si quis
107. X. viri Venet. collegam appellasset. Dicatis vos† quod apud Venetos habetur & ipse Decemviratus, & ut virorum numero ei, qui olim Romæ fuit, ita terribili potestate penè par, sed quo celebriores illi, quia legú latores, hoc Veneti salubriores, uterq; annuus magistratus, uterque sine provoca-

tio-

tione, præterquam ad collegas, nos ad alteram manum dicimus, sed brevis ille citoq; in pernitiem versus, hic ut ab initio semper Reip. salutaris, ille cæteris magistratibus in urbe cessantibus hic etjam aliis in urbe jus dicentibus, apud Rom. decimo quoque die jus populo singula reddebant, apud Venetos, ex Decemviris, singulis quibusque mensibus tres eliguntur, quibus sors obtigerit, qui principes collegii sunt, hi materna lingua, capita Decemvirum appellari consueverunt, quorum unus tantum nec referendi, nec judicandi jus habet, sed duo sint saltem opus est, neminem enim solum in magistratū constituerunt, sed tres ferè semper, quia minus contumeliosi, minusq; graves futuri sunt, divisa inter eos potestate, & habēte unoquoque eorum vim eandem, pudor enim inter se & inhibitio vivendi ad voluptaté, ambitioq; ad virtutis apparentiam innasci potest ex hoc honoris equi principatu. Inter leges Xvirales una erat †de maritandis ordinib. q̄ ne connubium esset patribus cum plebe edicebat, contra q̄ C. Canulejus Tribun⁹ plebis rogationé promulgavit, simul atq; ut consul ex plebe fieret, quod cum gravissimè ferrét patri-

108. Tribuni militum cōsulari potestāte

tricii, in ſummas & acres contentiones res perducta eſt, tandem victi patres ut de promiſcuis connubiis lex ferretur cóceſſere, de conſulibus vero creandis, cum nihil ex vetere more immutari conſentirent, eo ventum eſt, ut tribuni militum conſulari poteſtate promiſcuè ex patribus & plebe crearentur, atque ita anno tricenteſimo decimo ab urbe condita tribunatus militaris magiſtratum pro conſulibus inierunt A. Sempronius Attatinus L. Attilius Luſcinius, & T. Cæcilius Siculus, quamvis tertio poſt menſe honore abierint, ac mox ad conſules reditum, poſtea vero circiter annum tricenteſimum decimum ſextum ab urbe, creati rurſus tres militum tribuni, & in iis L. Quintius Cincinnatus, rurſusque ſequenti anno reditum ad conſules, ac ita variè hi magiſtratus intermiſſi uſque ad annum tricenteſimum vigeſimum nonum, quo tribunatus militaris poteſtas prævalere omnino cæpit uſque ad annum tricenteſimum ſeptuageſimũ octavũ, quo victi patres ple-
109. bi conceſſerunt, ut ex eis quoque corpore
Magiſtri conſul crearetur.
militum
Ducaria Sic & apud Venetos Orleo Principe
poteſtate cognomento Urſo à ſuis popularib. He-

ra-

racliæ cæso, (fuit autem is tertius dux,) cum de creatione novi ducis parum conveniret, ac magnopere variarent suffragia, placuit in sex proximos annos Ducẽ in Republic. non creari, sed novum aliquem magistratum constitui, pœnes quem summa rerum omnium esset, ejusque annuum imperium, atque ita factum ut quadragesimo fermè anno, aut paulo plus minusve, ex quo Dux in Republic. esse cæperat, ad novam regiminis formam sit reditum, qui loco principis novus magistratus est inductus, Magister militum dictus, anno quinto militaris magisterii nondum acto, cum miro ducis desiderio teneretur civitas, apparcretque sine eo magistratu Rempublic. esse non posse, continuò omnibus suffragiis ducaria administratio in civitatem reducta est, mutata est autem apud eos consularis potestas in ducariam, sicuti apud Rom. Regia in consularem. Hi tribuni militum apud Rom. magistri militum apud Venetos, cum consularem habuerint potestatem, nec non & ducariam singula singulis referendo, consequenter illustres dici poterant, & in primo ordine magistratuum collocari, prout

de consulibus Regibus, & Ducibus visum est.

Quo ad Prætores attinet, † memoriæ proditum est, ab ortu urbis ad annum
110. Prętores. fermè trecentesimum & nonagesimum, nullum Romæ extitisse, qui ius in urbe diceret, fuerat enim hoc Consulis mun° & illorum, qui in summo erant magistratu super iure controverso respondere, sed quia à iure dicendo ingruente bellorum tumultu persępè eos avocari oportebat, prætore ac proprio magistratu, qui jus in urbe diceret, opus esse visum fuit, Horũ autem tres fuisse videntur apud priscos Romanorum species, Vrbanus, Peregrinus & Provincialis. Vrbanus inter cives, Peregrinus inter cives & Peregrinos jus dicebat, Provincialis vero ad regendas provincias mittebatur, Urbanus major dicebatur, Peregrinus minor appellatus est, ut apud Ciceronem pro lege Manilia, & in Bruto videre licet, adeo ut sint qui putent prætorem Peregrinum ex ædicto prætoris urbani jus dixisse, An autem per constitutionem, Peregrini prætoris diminuta fuerit potestas urbani, an vero cumulativè data intelligeretur Cagnolus Præceptor meus numero 390.

ele-

elegantissimè persecutus est, urbanus quidem & Peregrinus prætor privatas tantum controversias cognoverunt, & juris Quiritum custodes, ac vindices fuerunt. Sunt autem qui putent, urbanum tantum fuisse apud quem lege agere liceret, ut filios emancipare, servos manumittere, in jure cedere, bonorum possessionem, & tutorem postulare, & cætera obire, quæ jure Quiritum continerentur, reliqui vero publicorum criminum quæstionem singuli singulorum exercuerunt de majestate, de sicariis, de ambitu, de repetundis, de peculatu, de vi, & cæteris ejusmodi, ita ut verisimilè sit à quæstoribus ad prætores translata fuisse publicarum quæstionum judicia, quanquam autem judicia ferè omnia hoc modo prætorum facta essent, non fuit tamen omnino antiqua consuetudo intermissa, quin & multi rei facti ad Quæstores extra ordinem à Senatu decretos sint adducti, ut latissimè Sigonius lib. 2. capit. 18. & ideo rectè Alexand. Aquens. Dec. & Mod. omnes tam hic, quam in l. imperium, de jurisd. omn. judic. Prætorem meum Imperium habere dixerunt, licet posterioribus temporibus ubi Monarchæ Impe-

ratores esse cæperunt, criminales quæstiones plerumque à præfecto urbis exerceri cæptæ sunt. An autem possent leges condere, Prætores, dicendum est non potuisse, cum nec illud consulibus quidem ipsis, in quorum locum suffecti sunt, liceret, arg. l. si cum. §. injur. ff. si quis caut. l. si filius, ff. de vulg. & pup. Illud certum est, cum multa jure civili antiquo essent, aut prætermissa, aut summo jure, quod summam crucem appellant, constituta, datam fuisse potestatem à Popul. Rom. prætoribus ipsis, ut pro tempore æquitate id exigente, juri succurrerent, adjuvando, supplendo, corrigendoque, pro ut publica admonebat utilitas, l. jus autem. §. jus prætorium, de justi. & jur. erat namque ipsum jus honorarium quasi viva vox juris civilis, ut inquit Martianus Jureconsultus, in l. nam & si, ff. de just. & jur. & magistratus ipse lex loquens, ut apud Ciceronem 3. de legib. propterea factum est, ut quale jus de unaquaque re unusquisque prætor sui magistratus tempore dicturus esset, ad scientiam populi, quo se præmuniret, in suis edictis publicè proponeret, d. l. 2. §. eodem tempore, verum quoniam Imperium prætorum

an-

annumerat inst. de perpet. & tempor. action.tot.tit. ideo annali spacio illorum sanctiones terminabantur, & ob id prætoris edictum à Cicerone lex annua dicitur, ex quibus cognoscere possumus prætorem legem propriè acceptam non tulisse, quo enim pacto lex ferri poterat ab eo, cujus imperium anno duntaxat perdurabat, cum legis proprium peculiareque sit, ut perpetuò vigeat, l. Arriani, C. de hæretic. l. falso, C. de divers. rescript. verum prætoria sanctione jus civile, quatenus ab eo edicta recedebant, adumbrabatur, non autem perpetuò tollebatur. nam id ab eo, qui legem propriam sancire non poterat, fieri nequibat, hic verò mos aliquandiu obtinuit, ut unusquisque prætor pro sui magistratus tempore ædictum suo arbitratu ac velle proponeret, nisi fortè ad edicta aliorum id accommodaret, translatitioque ædicto uti maluisset, id quod Cicero libr. 6. epist. ad Atticum politissimè declarat, verum eveniebat, ut maximo hominum incommodo variè jus diceretur in civitatibus, quæ res potissimum ambitiosis, ac sordidis prætoribus delinquendi, grassandique ansam præbebat, quam ob rem tandem lex lata

est à C. Cornelio Balbo multis licet invitis, & si nemo repugnare ausus est, ut non amplius prætores ex propriis temporariisque edictis, at ex alienis iis, quæ perpetuatione digna visa sunt, omnes æque dicerent, secundum Bud. in l. 2. de stat. hom. ex quibus ædictis sparsis diversisque locis à pluribus propositis Salvius Julian. Mediolan. librum ædicti perpetui compilavit, cujus præclarissimi facti crebra est imperialib. constitutionibus mentio, hoc est, quod Hermogenianus, in dic. leg. 2. de stat. homin. pollicetur hunc se esse immitaturum, hoc etjam sequentes Jureconsulti interpretati sunt, ut passim in Pandectarum, libris videre est: succedente deinde tempore ædicta ipsa una cum enarrationibus prudentum in jus civile recepta sunt, & portio juris communis effecta, reservatis tamen suis qualitatibus, ut patet in materia bonorum possessionis, nec non & in beneficio abstinendi à prætore suis hæredibus indulto, & à civile jure cum suis effectibus approbato. l. necessarii, ff. de acqui. hæred. §. sui, inst. de hæred. quali. & differ. Doct. in l. qui se patris, C. unde liber. Summa autem nostrarum traditionum hæc

est, Prætorem nullo unquam tempore per se leges tulisse, vel ferre potuisse, verum subsecuta approbatione confirmationeque id ei licuisse, ita Paul. de Cast. Curt. & Modern. in rub. C. qui admit. Prætor erat ex majoribus magistratibus Pop. Roman. secundum Livium, Fenestellam & alios. centuriatis enim comitiis inter alios magistratus majores creari solitos accepimus apud Aul. Gel. In jure vero dicũdo tantum splenduit autoritate ut penes eum omnis publici privatique juris potestas fuerit, Veruntamen Cors. in d. l. 2. §. deinde cum placuisset, voluit, quod prætor non soleret singulares privatorũ controversias judicare, sed super iis judicem dare, eidemq; juris & æquitatis formulam præscribere, quam sequeretur, idq; prætorum edicta satis indicant, quibus se judicaturum nusquam pollicetur, sed judicium duntaxat, aut actionem daturum, fatetur tamen per se prætorem privata nonunquam judicasse negotia, cum scilicet ei videbatur, singulari forsitan vel causæ controversæ, vel personarum litigantium favore, l. 1. §. 1. ff. de rei vend. l. minor. ff. de evict. tuncque cognitio extraordinaria dicebatur, ꝙ videlicet non ordinario

judicandi more, nec solenni dandorum judicum ordine, sed prætor ipse solus per se cognosceret, quod tamen videtur maximam contineri divinationem, nam dicebat lex, quam Cicero 3. de legibus descriptam nobis reliquit, juris disceptator, qui privata judicet, judicarive jubeat, prætor esto, Præterea quid vellet, prætor, cum edictum proponeret declarat Cicero 2. de finibus, dum dicit. Quid enim mereri velis cum magistratum inieris, & in concionem ascenderis (est enim tibi edicendum quæ sis observaturus in jure dicendo) quid merearis igitur, ut te dicas in eo magistratu omnia voluptatis causa facturum esse? Edictum ergo continebat formulam juris dicundi. Ex his colligere possumus, quo ordine magistratuum sit connumerandus, Alex. tamen. Jas. & Dec. eum in gradu spectabilium collocant, per text. in §. similique modo, auth. de appellat. Purpur. numer. 204. dicit illum textum loqui de prætoribus provincialibus, quorum tanta non erat dignitas, quanta prætoris urbis, & ideo inter prætores, aliquos esse voluit, qui spectabiles dicantur, §. prædicimus, auth. de lenon. Cagnol. nume-

ro 395. dicit, quod distinctionis fœdere possumus fortè concordare opiniones, ut dicamus, quod prætores urbis triumphantis, & sic qui erant tempore Reipublic. Rom. adhuc liberæ, essent illustres & in primo gradu, postea vero sub Imperatoribus diminuta est potestas prætorum, ut aliorum magistratuum, & de istis loquuntur jura nostra, appellantia illos spectabiles. Sed est sibi ipsi contrarius Cagnol. ipse, aliud enim voluit in consulibus licet reductis sub Imperatorum manu, ea ratione, quia licet diminuatur potestas, remanet tamen titulus dignitatis. Vos reponatis hic, quæ supra diximus, & habebitis veram resolutionem, inveniemus enim prætorem quoque dici clarissimum, in l. 1. ff. de rebus cor. & in l. 1. C. de tutel. illust. person. Qui autem illis conferri possint major est difficultas. Nonnulli æquiparare contendunt † Duces, Marchiones, & Comites ea ratione, quia constituunt jus prætorium, civile autem non possunt, secundum Bar. in l. 5. ff. de verb. obligat. Verum cum ratio sit falsa, falsa etjam est æquiparatio, potius enim æquiparantur Principi, quam prætori, ut latè prose-

III. Dux Marchio Comes.

quitur Alex. in d. l. 5. & ideo dicebat singulariter Jas. in §. sed istæ quidem instit. de actio. quod si dignitas Ducatus, Marchionatus, & Comitatus est perpetua, quod non æquiparantur prætoribus, sed Principibus, & eorum statuta non sunt annalia, sed perpetua, & hoc dicit esse novum & singulariter dictum, sed fuit originaliter Bald. in l. receptitia, C. de const. pecu. Et ideo dicebat Dec. quòd Duces aliqui sunt illustres, aliqui spectabiles, per tex. in l. si quando, C. de appellat. ibi sive inter spectabiles Dux connumeretur, sive illustri dignitate decoretur, quia si non transmittunt ad posteros, ut regulariter est juris, sunt spectabiles, & ita ad hanc declarationem, accommodandus est tex. in l. 2. §. 1. C. de offic. præfect. præt. Afric. l. raptores, C. de Episc. & Cler. l. nemo, C. de offic. milit. judic. l. neminem, & l. tam collatores, C. de re milit. libr. 12. si vero sunt investiti perpetuo, ita ut Ducatum transmittant, tunc dicentur illustres, ut de Duce Mediolani dicunt Mod. Bonon. num. 11. & de Illustrissimo Duce Sabaudiæ Mod. Taurin. nu. 225. Eadem distinctio servanda est in Marchionibus, ut de illustrissimis Ferrariæ & Mantuæ Marchioni-

nibus,qui postea facti sunt Duces, dicunt idem Modern.ampliantes et & dicentes idem esse in comitibus,Sunt prętereaComites, Marchiones, & Duces titulo tenus (nam hæ quoque dignitates ut aliæ superiores codicillis à Principe nonnunquam impetrari solent) nam & doctor, qui legit per viginti annos efficitur Comes & Dux, secundum Alexandr.hic, & ideo potest creare notarios, legitimare, & alia facere quæ possunt Comites Palatini, ut dicit Paul.de Cast.in 1. const.Codic.col. 2. quæ tamen consuetudine servari non video.Hos inter clarissimos annumeravitSpec.in tit.de jurisd.omn.jud. exemplificans in comitibus Italiæ, & Alemaniæ. sequuntur Mod. Bon.nume.18. Suadetur ratione, quia propriè quis non potest esse comes, qui non habeat comitatum.i.territorium villarum vel castrorum,c.1.& ibi Bal. declarat, in titul. quis dic.Dux. March. & Com. cum similib. allegatis per Fel. in c.Rodulphus, extra, de rescript. & adeo quidem abusive dicitur, ut Doctor sine literis comparetur comiti sine comitatu, & vice versa, sicut verè doctor literis nititur, ita & verè comes comitatu &jurisdictione ut voluit

Mar-

Marti.de Laud. in tract. de Principe qu. 120. An autem Comes Equitem præcedere debeat, & an Doctor equite dignior ſit Lanfranchin. Signorol. Bolognin. ac alii in quæſtione de milite & Doctore erudite diſputarunt, noviſsimè excellentiſsimus Dominus Pax Scala de conſ. ſapient.l.1.c.16.

112. Episcopi. In ſtatu Eccleſiaſtico † Epiſcopi prætoribus æquiparantur, per Jaſ. hic, poſt Bar. in d. l.5. & in l. omnes populi, q.4. ff. de juſt. & jur. Verum æquiparatio non poteſt procedere, Epiſcopi enim perpetuas dignitates retinent, quoad vixerint, prætorum vero imperium annuum erat, ut ſupra diximus, nimirum, ſi eos illuſtres eſſe voluit Bal. in l. nullus, qui nexu. C.de decurio. libr.12. facit text. in c. fin. de re judic. ibi, ad inſtar illuſtrium, reſpondent nonnulli, quod ſi aſsimilantur illuſtribus, ergo non ſunt illuſtres, quia ſimile non eſt idem, l. quòd Nerva. ff. depoſit. ubi gloſſ. Mod. Bon. hic dicunt, quod ideo, in d. c. fin. dicitur ad inſtar illuſtrium, quia de jure canonico non eſt hoc nomen illuſtris in religioſis perſonis, ſed bene quantum ad effectum dicitur illuſtris, quia Epiſcopus pro-

profert sententiam per alium sicut illu-ſtris. l. 2. C. de sent. ex brevic. recit. debet per procuratorem litigare, c. fin. supra. quæst. 3. qui text. etjam vult quod citari debeat in scriptis, admittitur denique ad serviendum per substitutum, l. ad similitudinem, C. de Episc. & Clem. quibus tamen respondet Purpur. numer. *175.* cum seq.

Bal. & Barb. in rub. C. qui admitt. prætorib. antiquis æquiparandos putant, Potestas nostri temporis, dum propo- nunt banna, seu edicta, etjam contra statuta locorum, Verum Bulgarin. & Decius reprehendunt, dicentes prætores nostri temporis non posse facere banna & edicta contra leges. Pro omnium resolutione duo sunt consideranda, primo an possint potestates nostri temporis facere edicta & banna contra leges vel statuta civitatis. Secundo, an æquiparentur, circa primum placet opinio Bald. quod possint proponere edicta seu banna tam in causa civili, quam in criminali etjam contra statuta & jus commune, ex justa causa & nova, per text. in l. si hominem, ff. mand. quam confirmat Excellentissimus Bolognet. in d. rub. qui admit.

113. Potestates nostri tẽporis.

mit. per textum, in l. respiciendum, & in l. pen. ff. de pœn. tot. titul. Cod. comminat. vel epistol. & in fortioribus terminis voluit Baldus & Salic. in l, si severior. C. de his, qui not. infam. & Ang. de malefic. in tractat. malefic. §. si quis non solverit, col. pen. causam autem novam dico, etjam quod à lege sit reprobata prius, dummodo causa reprobationis ex varietate temporis sit debilitata, arg. l. 1. C. de caduc. toll. §. cæterum, instit. de agnat. success. Circa secundum dico æquiparationem procedere, sive inspiciamus tempus ante legem latam a C. Cornelio Balbo, ex prædictis, sive etjam inspiciamus tempus, quo prætoria dispositio comprobata est, ut ex edictis perpetuis jus dicerent, quia non idcirco officium prætoris cessavit penitus, sed verum illud est.

Naturam expellas furca licet usq; recurrit.

Emergunt enim quotidie in negotiis controversiisque civilibus & criminalibus quædam quæ veluti redivivum prætorem postulent, quod vel satis certa forma ac jure definita aut comprehensa non sint, vel si sint, litigatores tamen molesti prætores ipsos de rebus causisque su-

is frequenter interpellant, dum sibi subveniri quibusdam in rebus atque articulis causarum, ac nonnunquam etjam in juris publici declaratione postulant. Venetiis plura instituta fuerunt † judicum subsellia, ita ut quantum fieri posset unusquisque pro ratione negotii & litis suos judices cognosceret, verum omnium primi petitionum judices dicuntur, atq; ad id primo inducti, ut urbanas peregrinasque petitiones quas ad id tēpus princeps pro collegio audire consueverat, cognoscerent, prætoris urbani vicem gerentes. Et ne tantum civibus consultum videretur † Peregrini & ipsi suum tribunal habere cœperunt, qui eorum causa audiunt, tam si inter eos, quam si cum civium aliquo rei aliquid vertatur. Prolato deinde imperio in continentem oram † totidem prætores ferè, quot civitates in ditionem venerunt creati sunt, qui omnibus jus dicunt, forenses lites dijudicant, atque in sontes animadvertunt. Venio nunc ad Centumviros, quorum non admodum antiquam originem esse suspicor, etenim cum Festus Centumviros dictos scribat, quod ex singulis triginta quinq; tribubus terni ad judicandū legerentur eosq; quāquam

114. Vrbani apud Venet.

115. Peregrini.

116. Civitatū

117. Centumviri.

quam centum & quinque essent, tamen quo facilius appellarentur, Centumviros nominatos, attamen ostendit, non nisi post annum DXII. quo demum triginta quinque tribus expletæ sunt, esse institutos, cui rei non adversantur verba Pomponii, qui post binos prætores, urbanum, peregrinumque institutos fuisse Centumviros tradit, quanquam in nonnullis codicibus legatur Decemviri. Sed & Centumviri, & Decemviri de causis privatis cognoverunt, Suetonius enim in Augusto, auctor fuit (inquit) ut Centumviralem hastam, quam quæstura functi consueverant cogere, Decemviri cogerent. Plinius tamen testatur Prætorem consuevisse Centumvirale judicium cogere. Quibus autem de rebus Centumviri judicarint, maxima est controversia, Vitellius enim contra Merulam falso opinabatur, Centumviros causas tantum hæreditarias judicasse, illo fortassis loco Ciceronis fretus in lege agraria, Cum vos (inquit) volueritis de privatis hæreditatibus Centumviros judicasse, at Cicero, in 1. de Oratore facile ostendit, aliarum quoque rerum judicium habuisse dum ait. Volitare in foro hærere in ju-

re

re ac prætorum tribunalibus, judicia privata magnarum rerum obire, in quibus sæpe non de facto, sed de æquitate & jure certetur, jactare se in caussis Centumviralibus, in quibus usucapionum, tutelarum, gentilitatum, agnationum, alluvionum, circumluvionum, nexorum, mancipiorum, parietum, luminum, stillicidorum, testamentorum ruptorum, aut ratorum, cæterarumque rerum innumerabilia jura versentur, tum omnino quid suum, quid alienum, quare denique civis an peregrinus, servus an liber sit, ignoret; insignis est impudentiæ, quamvis negandum non sit, teste Zasio, causas hæreditarias frequentius apud eos ventilatas fuisse, quod ex Valerio libro septimo, & Plin. in epistolis, satis liquet; leves autem habitas esse has causas ætate Ciceronis ostendit Tacitus in dialogo de Oratore, ideo non mirum, si de criminibus non cognoscebat, nisi cum solenni accusatione judicandum fuit, tunc enim prætor, qui Centumvirali judicio præerat, numero incerto judices sortiebatur, ut de Clodianis incendiis M. Cicero verba faciens pro Milone, graviter disse-

rit. Nomine igitur Centumviralis judicii Senatores malè accepit Accursius in leg. penult. Cod. de petit. hæreditat. & post eum Jason hic, utpote qui à Centumvirali judicio prorsus distinguerentur, siquidem Senatus velut Patres Rempublicam curabant, Centumviri controversias & crimina judicabant, quod & hodie usu evenire ait Zasius, ut rectores rerum publicarum à judicibus separentur, Dicit tamen idem Zasius, se invenire apud Vellejum, libr. 2. Senatum etjam judiciis præfuisse, quod probat Dionys. qui judicia Patriciis à Romulo tributa esse dixit, & Polibius, qui judicia in Senatorum potestate fuisse apertè libr. 6. literis prodidit. Probat etjam illud, quod equites ante legem C. Gracchi non judicasse satis perspicuum est, ergo lex illa initium hujus totius mutationis attulit, hanc autem mutationem necessariā quodammodo fuisse Appianus scribit, siquidem moderandæ duntaxat Reipublic. Senatores intenti, juridiciarias privatorum controversias, non judicarent, dict. leg. 2. §. deinde cum esset, de orig. jur. & licet, à C. Cæsare ad duo genera judicum equestris scilicet, ac Senatorii ordinis reda-

dacta fuerint judicia, ut latiſsimè videre licet apud Manut. in ſuo, de legibus libello, tamen ne tunc quidem Senatum gravioribus curis diſtentum judicaſſe, aut privatorum cauſas per ſe cognoviſſe, ſed dediſſe tantum litigatoribus judices ſuſpicamur, ſiquidem Plinius in cauſa Marii Priſci ab Afris accuſati judices à Senatu datos dicat, quamvis & nonnunquam ſi negocii gravitas poſtularet, ex Senatorio ordine judices iſtiuſmodi conſtituerentur, nam Fla. Vopiſcus in Probo, congnovit (inquit) univerſus Senatus de judicum præſertim maximorum querelis & appellationibus, tanta auctoritate, ut qui à privatis judicibus ad Senatum provocaviſſent, lege Neronis ejuſdem pecuniæ periculum facerent, cujus ii, qui Imperatorem appellarent, itaque quod Ulpianus ait in libr. 1. §. primo, Digeſt. à quibus appell. non lic. à Senatu non poſſe ad Principem provocari, ad ordinariam cauſarum, vel civilium, vel criminalium cognitionem minimè referrendum eſt, ſed ad extraordinariam illam juriſdictionem de ſuperiorum judicum querelis, & ad quæcumque Senatus juſſa, decreta, & conſulta, quæ non minoris

autoritatis, quam ipſorum Principum; Cæſares etjam ipſi voluerunt, ut ſupra oſtendimus.

Ad inſtar autem judicii Centumviralis † inſtitutæ videntur in Gallia, curiæ ſupremæ, quas Parlamenteas dixerunt, & licet nonnullis placeat Senatus nomen retinere, ego tamen nunquam probare potui, cum nihil aut certè parum affinitatis habeant cum vetere illa Romani Senatus autoritate; ut ex prædictis liquet; Eodem modo † dicere poſſumus, quòd Conſilia Chamberiachi & Taurini æquiparari poſſint, & melius quàm præfectis prætorio; ut faciebat Purpur. numero 94. quod ideo numero ſequenti correxit. Ego ad inſtar hujus Centumviralis judicii quadragintaviralia judicia † in hac Venetorum Republica inſtituta fuiſſe ſuſpicor; hinc autem dici poteſt diſtributionem illam claſsium emanaſſe, tria enim ſunt, duo forenſibus cauſis judicandis præfecta tertium capitalibus primum, ad quod exteræ cauſæ deferuntur novum nominatur, ſecundum quod urbanis præficitur; vetus dicitur, tertium, quod de capite ſontium judicat; criminale nuncupatur à cri-

118. Parlamēta.

119. Conſilia Chāberiachi, & Taurini.

120. Quadragintaviralia judicia.

à criminibus, successu temporis quinque & viginti additum est collegium ad causas tam urbanas, quàm peregrinas judicandas, sed quæ trecentorum summam non excedant, novissimè collegium duodecim est adjunctum ad causas ipsas judicandas, quæ centum summam non excedant, sic etjam Centumviri in quatuor consilia divisi erant, unde quadruplex judicium appellatum, & causam inquit Plinius junior libro primo epist. ad Tranquillum scribens, acturus adolescentulus adhuc in quadruplici judicio, ea autem consilia in foro ducario conveniunt, sicut antiquitus in basilica Julia, quæ inter se usque adeo proxima sunt, ut actiones unius tribunalis ab alio ferè exaudiantur, prout etjam Quintilianus de Centumviris verba faciens, indicat libro duodecimo capite quinto. Certè cum Trachalus (inquit) in basilica Julia diceret, primo tribunali, quatuor autem judicia, ut moris est cogerentur, atque omnia clamoribus fremerent, & auditum eum & intellectum, & quod agentibus cæteris contumeliosum fuit, laudatum quoque ex quatuor tribunalibus memini. Habent præterea hæc

quadraginta viralia consilia tres ex suo ordine prætores, qui singuli quibuscunque binis mensibus sorte educuntur, vulgo quadraginta virorum capita dicuntur, Trib. urnis non duabus suffragia leguntur, harum una damnat, absolvit altera in criminibus, verum in civilibus reprobat, & approbat, tertia neutrum præstat, quem triplicis urnæ usum in judiciis Veneti à Romanis ut pleraque alia accepisse videntur.

121. Quatuor viri viarū Constituti sunt & Quatuor viri, qui curam viarum agerent, credidit autem Zasius securitatem viarum eis commissam, & ideo eorum esse officium, qui nomine Principis tesseras publicæ securitatis exhibent, vulgus salvum conductum parum latinè nominat, sed statim correxit, credendum est enim hos quatuor viros viis, vel muniendis, vel sternendis præfuisse. Cagnol. numero 401. voluit hunc magistratum viarum, fuisse de minoribus, de cujus officio tractat Ulpianus in libr. 2. ff. ne quid in loc. vel itin. public. & Rom. voluit quod officialis stratarum communis, (ita eum nominat) possit auctoritate propria destrui facere domum privati, ut civitas pulchrior efficiatur.

Pro-

Proviſores communis Venetiis† loco ſu- 122. Proviſores communis.
pradictorum habemus, qui viarum, Pontium, & hujuſmodi rerum reſarciendarũ curam habent, in hoc differunt à Romanis, quod illi quatuor, hi vero Triumviri, creantur.

Triumviri etjam monetales, æris, ar- 123. Triũviri monetales.
genti, aurique flatores, † monetæ curam habuere, quorum diligentia (ut inquit Feneſt.) nummiſmata auro, argentoque fabricabantur, hos aut Livius libr. 23. ſcribit Minutii Tribuni plebis rogatione, propter penuriam argenti, Romæ primũ creatos, nempè L. Æmilium (qui Conſul Cenſorque fuerat) M. Attilium Regulum, (qui bis fuerat Conſul) & L. Scribonium Libonem, qui tum Tribunus plebis erat, quod prætermittere nolui, ut appareret inde Magiſtratum hunc dignationis, & autoritatis non minimæ fuiſſe.
Sic & † apud Venetos Præfecti monetæ 124. Præfecti Monetæ Venet.
provident, ne argentum, aut aurum, imperfectius, aut impurius, quã id, quod lex ſtatuit, cudi debeat, neve excuſſi nummi pódere ſint minóres, q̃ lex jubeat, ꝙ sãctiſſimè apud eos obſervatur, q̃ ob re maximo in pretio apud omnes nationes barbaras, ne dũ apud Chriſtianos, Veneti nũmi ſem-

ſemper fuerunt, hodieque ſunt, Conſtantiſſimè enim in hac parte ſicut in reliquis, dignitatem à majoribus acceptam retinuere, Et non tantum circa pecunias ſub nomine ſui Principis cudendas, curam, diligentiamque adhibent, verum etjam circa forenſes, & exteras, quæ in ditionem ſuam expendendæ portantur, ne Reſpublica aliquid detrimenti patiatur, Cujus etjam rei Popul. Roman. præcipua cura fuit, ideo quamvis belli punici tempore argenti æriſque ratio nummaria opibusRomanorum acciſis imminuta fuiſſet, bello finito ſtatim in priſtinum (ut Feſtus autor eſt) rediit.

125. Triumviri capitales. Triumviri Capitales carceris cuſtodiam † habebant, ut cum animadverti oporteret, eorū interventu fieret: Hos à quæſtoribus eatenus diſtare putat Zaſius, quod quæſtores maleficia inquirerent, & manifeſta ex officio puniri facerent, Triumviri exequerentur, quod ſuprà reprobavimus, ſunt tamen qui credunt cum Zaſium iſtiuſmodi Triumviros de criminibus † non judicaſſe, ſed veluti executores capitalib. judiciis præfuiſſe, ut pote quorum proprium munus fue-

126. An Magiſtratus.

fuerit, quæ ad ſupplicium neceſſaria erant, apparare: Saluſtius. Senatus (inquit) in Catonis ſententiam diceſſit, Conſul optimum factu ratus, noctem quæ inſtabat, antecapere, ne quid eo ſpatio novaretur, Triumviros, quæ ad ſupplicium poſtulabant parare jubet, ipſe diſpoſitis præſidiis Lentulum in carcerem deducit. Coraſius tamen & melius. Triumviros iſtiuſmodi de criminibus cognoviſſe, & capitaliter judicaſſe voluit, nam Pomponius in d. L. 2. magiſtratibus annumerat, & Saluſtius ipſe ubi ſuprà, eos rerum capitalium judices dixit. Non obſtat, quod in ſolemni accuſatione res ſortitis judicibus coram prætore ageretur (iſtud eſt quod Zaſium decepit) nam reſpondet Cagno. quod Prætores longo poſt intervallo fuerunt inſtituti, dict. leg. 2. §. cumque Conſules, quo tempore mos procedendi coram prætore ſortitis judicibus invaluit Pompon. tamen Let. in capit. de Quæſtoribus, nec non & Alexand. ab Alexandr. genial. dier. libro 2. capite 2. dixerunt, judicia ipſa publicarum quæſtionum à Quæſtoribus ad Triumviros tranſlata fuiſſe. Verum non propterea an-

antiquam consuetudinem intermissam esse, suprà ostendi, quinimo hanc fuisse formam invenio, ut aut Triumviri, aut Quæstores, aut Prætores de criminibus, prout res incideret, quærerent, & cognoscerent. Fuerunt autem à principio Duumviri, sed postea unius augumento Triumviri collegæ facti sunt, testis Fenestell. in capite de Duumviris capitalibus, ubi etjam refert, qualiter jus pronunciandi in capitalibus à principio habuerint.

127. Advocatores. Advocatores Triumviros dixit † Sabellicus, decade prima. libro 3. creati enim fuerunt, ut de parricidis quæstionem haberent, deque his cognoscerent, qui in Ducem secessionem fecerant, continuata est autem eorum autoritas ita ut graviora crimina ipsis referrentibus, collegioque Quadragintavirali disceptante decerni soleant.

128. Præfect' urbis. Hæc omnia (inquit Pompon.) † quoties in Repub. sunt magistratus observātur, quoties autem proficiscuntur, unus relinquitur, qui jus dicat, is vocatur præfectus urbi, postea ferè latinarum feriarum causa introductus est, & quotannis observabatur, Cæterum Augustus præfe-

fecturam urbis perpetuam fecit ut scilicet iis curis ad quietem civitatis, præsentibus etjam Romæ reliquis magistratibus, daret operam, quibus antea profectis domo Regibus, ac mox magistratibus intendere eum quandoque oportuit. Verum omnia continuo crimina paulatim sibi præfectura vindicavit, leg. 1. ff. de offic. præfect. urb. imò etjam de civilibus ac pecuniariis causis cognovisse scriptum reliquit Paulus Patavinus Jurisconsultus celeberrimus in l. 2. ff. de offic. præfect. urb. & Flavius Vopiscus in Floriano, Redierunt (inquit) ad præfectum urbis appellationes omnium potestatum, & dignitatum. Ideo inter † magistratus eos annumerat Pompon. in d. l. 2. imò Livius ex majoribus fuisse ostendit, dum ait. Incusati graviter à Senatu ædiles, quod non prohiberent, cum aût eã multitudinem emoveri è foro, ac disijcere apparatus sacrorum conati essent haud procul abfuit, quin violarentur, ubi potentius jam esse id malum apparuit quam ut minores per magistratus se daretur M. Æmilio præfecto urbis negotium à Senatu datum est. An autem Senatum habere potuerint antiqua est controversia, cujus

129. An magistratus.

Aul.

Aulius Gellius li.14. c.8. meminit, Mutius etenim negabat, quoniam ne Senatores dem essent, neque jus haberent dicendæ sententiæ, contra Varro & Capito, jus eis esse Senatum habendi responderunt, nam & tribuni plebis, tametsi Senatores ante legam Attiniam non essent, habere Senatum poterant, non mirum si inter illustres connumerantur per Jason. & Doc. est text. in l. viros devotos, C. de palatin. sacr. largit. libro 12. l.2. C. ubi Senat. vel clariss. §. illo auth. de appellat. & facit, quia præfectus urbi æquiparatur Præfecto prætorio, l. prim. Cod. de offi. Præfect. prætor. libro 12. Cujus præfecturæ formulam non omisit idem Cassiodorus inquiens. Cum de dignita-
130. Formula præfecturæ urbanæ. te commissa laus semper judicis æstimetur, & potior habendus est, quam sint illi, quibus præesse cognoscitur, nemo amplius videtur erigi, quam cui potuit Roma committi, grande est quidem procerem esse, sed multo grandius, de proceribus judicare, Senatus ille mirabili opinione gloriosus probatur habere præsulem, quem mundus suscipit jura condentem, eoque fit, ut illi utantur in Senatu potestate perfecta, qui apud te trepidant

dant dicere proprias cauſas, verum hæc quoque modeſtia cognoſcitur eſſe prædicanda, ut optent ſe legibus teneri, quæ ab ipſis ſciuntur poſſe conſtitui, quæ res pro parte nobis abſolutè communis eſt, ſed hac ſola ratione diſcreti, quod alteri ſubdi non poſſumus; qui judices non habemus; reſpice tot doctos viros; & conſidera quale ſit his aliquid dicere, nec erroris verecundiam formidare, de talibus diſceptas; quos tibi cognoſcis eſſe potiores; ſic ergo locum tuum tracta, ut omnes te judicem honoratæ congregationis agnoſcant, conſides ſupra omnes ſcilicet conſulares, ſententiam primus dicis, & in illa libertatis aula reverendus aſpiceris, in qua commiſſos habere mundi primarios approbaris; quis jam de obſcuro vitio cogitare poſſit, qui ſe inter morum limina tot eſſe cognoſcit? vis odium non recipere? ſtudium à te gratificationis exclude, publicum amorem neceſſe eſt habeas, ſi ſecretius nil promittas, erit nimirum magnum & ſingulare præconium, ſi judices non accipiant, ubi ſunt, qui multum dare contendant, ditioni tuæ non ſolum Roma commiſſa eſt; (quamvis in

illa

illa contineantur universa) verum etjam intra centesimam potestatem te protendere antiqua jura voluerunt, ne tantæ civitatis judicem muralis agger includeret, cum Roma omnia possideret, tu etjam ex designatis lege provinciis, ab appellatione cognoscis, advocati tibi militant eruditi, quando in illa patria difficile non est oratores implere, ubi magistros eloquentiæ contingit semper audire, carpento veheris per nobilem plebem, publica te vota comitantur, favores gratissimi consona tecum voce procedunt, Benè age, quia te veniente licet populis conticere, habes copiosè unde tibi gratiam tantæ civitatis acquiras, si merces diversæ sub nulla venalitate vendantur, si exhibitio salubriter accensa thermarum, rapinarum ardoribus non tepescat, si spectaculum, quod præbetur voluptati, non sit causa litigii, suaviter enim cogit gratum esse populum quisquis in certaminibus partium designat injustum, tanta est enim vis gloriosæ veritatis, ut etjam in rebus scænicis æquitas desideretur, admonitionum igitur ordine decurso per Indictionem illam habitu te togatæ digni-

ta-

tatis ornamus, ut indutus veste Romulea jura debeas affectare Romana, nam si isti dignitati par fueris, nihil est, quod à nobis minimè consequaris, ad omnia enim tali suffragio eris nihilominus dignus, si actionem tuam laudet Senatus, perfecta enim rei fides est, ubi consentanei testes probantur esse summates.

Ex Magistratibus nostri temporis neminem videt Cagnolus numero 415. qui præfecto urbis comparari possit, quod vel maximè procedit, si tempora Cæsarum respicias & ponderes scripta Ulpiani in dicta lege prima, de offic. præfect. urb. Mod Taurin. numero 97. dicunt, quod Capitanei civitatum, qui sunt apud eos, non debent æquiparari, cum eorum tanta non sit potestas, ut tradit Rebuf. in l. 1. Cod. de mulier. & in quo loc. libr. 10. Ego autem dico, quod capitanei civitatum earum, quæ sub ditione Venetorum sunt, æquiparari possunt. Præfectus enim creabatur, ut urbi mœnibusque præsideret, jus redderet, & subditis mederetur, qui si quid in urbe turbatum esset, cum res postularet, juventutem armare & per loca oportu-

131. Capitanei Civitatum.

na

na disponere, arma telaque in propugnaculis ingerere, castella communire, muros turresque præsidio firmare, atque omnia custodiis, vigiliisque instructa habere, portas claudere, pro portis stationes, dispositosque stationarios milites ad tuendam populi quietem, tenere deberet, & ne quid falleret aut nudatum præsidiis esset, animadvertere, & oculis perlustrare, nihil denique curæ aut laboris omittere, qui tametsi urbi præfectus foret, in suburbiis æquè cognitionem animadversionemque habebat, illique exercitus demandatos, & gerendi belli sæpe negotium datum esse liquet, quæ omnia elegantissimè perstrinxit Alexand. ab Alex. genial. dier. lib. 6. cap. 20.

132. Præter hos magistratus nonnulli etiam
Præfectus annonæ. reperiuntur, qui multum faciunt ad civitatis commodum, ideo à nobis minimè sunt prætermittendi, cum de eis quoque mentionem fecerit Pompon. in d. l. 2. in primis autem se offert præfectus annonæ, cujus proprium munus fuit ad levandam frumenti inopiam, si quando urgens instabat necessitas, annonam undique coemere, & Romæ advehendam cu-

curare, ac cogere eos, qui frumentum haberent, vendere, quod proprio usui superesset, quidam dicunt Præfecturam annonæ quinto decimo anno post exactos reges institutam Appio Claudio Sabino & P. Servilio Prisco Consulibus, eo quoq; anno, quo Tarquinius superbus exul apud Aristodemum tyrannum mortuus est, tunc inter Consules, ut Livius libro secundo ab urbe condita, orta contentio dicitur, de dedicatione ædis Mercurii, Senatus à se rem ad populum rejecit, utri eorum dedicatio jussu populi esset data, eum præesse annonæ. Populus dedicationem ædis dat M. Lectorio primipilo, non tam ob hominis ipsius meritum, quam ob ignominiam consulum non probe in magistratu observatorum. Cæterum hoc apud Livium non usquequaque planum est, volunt alii L. Minutium fuisse primum annonæ præfectum, qui annonæ sua cura levatæ tantam gratiam, & gloriam retulit, ut bove aurato extra portam trigeminam sit donatus, Cæterum verius constat anno decimooctavo T. Geganio & P. Minutio Consulibus, institutam fuisse præfecturam hanc, quo tempore

annonæ maxima caritas fuit, missique in Siciliam fuere P. Valerius ac L. Geganius, pro advehendo frumento. Et quamvis Doc. hic de isto non faciant mentionem, Cagnolus tamen in dict. leg. secund. numero 419. credit ponendum esse inter spectabiles in secundo gradu, maximè attentis iis. quæ dicemus statim in præfecto vigilum, qui illi æquiparatur. Is autem ab ædilibus cerealibus eo differt secundum Zasium, quod hi jure ordinarii magistratus rem frumentariam curabant, illi extra ordinem, si necessitas instabat, creabantur, eratque non perpetua, sed temporaria potestas. Originem officii & curam illi incumbentem latius repetunt, & prosequuntur Fenestel. & Pompon. let. sub capit. 133. Formula Præfect. annon. de præfect. annon. Cassiodorus † verò ejus formulam in 6. variarum epistolarum sic describit. Si ad hanc mensuram censendæ sunt dignitates, ut tanto quis honorabilis habeatur, quanto civibus profuisse cognoscitur, is certè debet esse gloriosus, qui ad copiam Romani populi probatur electus, tui si quidem studii est, ut sacratissimè urbi preparetur annona, ubiq; redundet panis copia, & tam

ma-

magnus populus, tanquam una mensa satietur, per officinas pistorum cibosque discurrit, pensum & munditiam panis exigis, nec vile iudicas esse, unde te possit Roma laudare, merito, quando gloria singularis est, illius civitatis affectus, & ne quod agis aliquid putetur extremum, carpentum præfecti urbis mixta glorificatione conscendis, tu illis in spectabulis coniunctissimus inveniris, ut plebs, quam tua industria faciat, in suam reverentiam te honoratum esse cognoscat, nam si quærela panis, ut assolet, concitetur, tu promissor ubertatis seditiones civicas momentanea satisfactione dissolvis, & per te prospicitur, ne quid à populis conquerentibus excedatur, non immerito Pompejus fertur copiæ quantitate provisa, usque ad rerum pervenisse fastigia, quia merito singulis est amor populi, cum potuit à penuria liberali, hinc ille gratificationem meruit plausumq; popularem, hinc unicè semper amatus est, & in gratia civium omnium vicit facta malorum, qui ne aliquando in honore diceretur, cum nominis taxatione vocabatur & magnus, hoc te exemplum invitet ad prospera, quando ille ho-

noris tui locum egisse cognoscitur; quem fœlix Roma mirabatur, ne quis autem putet abjectis te hominibus imperare, dignitates quoque tuæ priscorum jura famulata sunt, quæ per diversas mundi partes possessione latissima tendebantur, ne inopia faciente vilesceret, quod Romanæ copiæ laudabili famulatione serviret, Suarii quoque Romanæ copiæ causa reperti, tuo deputati videntur examini, gloriare privilegiis acquisitis, tribunal tuum non est inter minimas dignitates, quando & Romana gratia frueris, & provinciis jussa transmittis, sed ut actionis ipsius in totum merita perscrutemur, triticas quidem copias Præfectura Prætoriana procurat, sed non minor laus est dispensationem probabilem facere, quam frumenta colligere, quando in quavis abundantia querela non tollitur, si panis elegantia nulla servetur, sic Ceres frumenta dicitur invenisse, Pan autem primus consparsas fruges coxisse, perhibetur, unde & nomine ejus panis est appellatus, ita & illa prædicata est, quæ reperiit, & iste laudatus est, qui decenter edenda humanis usibus applicavit, atque ideo cognoscentes industriam

tuam quæ semper est amica sapientiæ, Præfecturam annonæ per illam indictionem nostra tibi electione deferimus, considera nunc, quia non licet aliquid furari de populo, nam quod in civitatis damno committitur, silentio non cælatur, nescit plebs tacere, quando interdum & hoc loquitur, quod à nemine perpetratur, in fraudulentos distringe, panis pondera æquus examinator intende, solicitius auro pensetur, unde à Quiritibus vivitur, quia gratior nobis est lætitia faventis Popul. Roman, quam copia praeciosissimi metalli, intuere certè quod loquimur, quid habes melius quod optes, quam illius populi gratiam quærere, quam nos etjam constat optare.

Magistratus etjam hunc per quam necessarium Veneti instituerunt, † optimos pictores immittati, quibus non satis est caput & humeros imaginis alicujus effinxisse, nisi singula operis lineamenta sibi invicem correspondeant, etenim cum nulla propè frumenti vis ex agro Veneto colligatur, quod omni ex parte urbs æstuariis amplissimis ambiatur, civitasque populosissime existat, opus fu- 134. Præfect. annonæ.

it rei frumentariæ magnam habere curã, ne quando populus, cujus commodo semper consultum esse voluerunt, rei frumentariæ inopia laboraret, nimiaq; annonæ caritatis præmeretur, cujus rei gratia tres præfecti creati fuerunt, duo que sunt additi tempore necessitatis, qui jus quodammodo in priores habent, supraprovisores vulgo dicti.

135. Præfectus vigilum. Sequitur ut videamus de præfecto vigilum † ad quem cura & cognitio de incendiariis, de furibus, & effractoribus maximè pertinuit, sed præsertim ob incendia creatus est, qui ab eo, quod excubias hoc est nocturnas vigilias ageret, dictus est nocturnus. l. 1. ff. de offi. præfect. vigil.

136. Præfc. annono & vig An Magistratus. An autem esset magistratus Pomp. in d. l. 2. §. & hæc omnia. ff. de orig. jur. non fuisse magistratum, sed extra ordinem utilitatis causa constitutum affirmat, cæterum Feneſt. eum nominatim magistratuum dicit, utpote apud quem omnium criminum quæ noctu committerentur, sed præsertim furti, & incendii cognitio erat. l. 3. ff. de offic. præf. vigil. Zas. credit ideo à Pomponio præfectos vigilũ & annonæ, in magistratuum numero nõ haberi, quod de minoribus essent magistratibus, quod non

non firmat intellectum nostrum, nam cum Pompon. absolutè dicat eos non esse magistratus, de minoribus quoq; esse negat. Si enim inter minores reponerentur, ergo essent magistratus. l. si quid. §. 1. de leg. 3. l. inter agnatos. ff. und. legiti. extra ordinem itaq; legimus, nam eos, qui extra ordinem licet ad jus dicendum crearentur, non fuisse magistratus suspicari possumus. l. si in aliquam. ff. de off. procons. & hoc modo resolvitur illa quæstio Albert. in l. 3. de offi. præf. vigil. & in l. illicitas, §. qui universas. ff. de offi. præsid. cur scilicet huic præfecto in omnes datum non sit imperium. Inter spectabiles annumeratur, per Jas. hic, quem sequuntur communiter scribentes, per tex. in d. l. 3. ff. de offi. præf. vigil. Verum Fenest. eum clarissimum enunciat Purpur. hic. nu. 208. dicit, quod in d. l. 3. ideo spectabilis appellatur, quia is, quem primum Augustus constituit, erat vir spectabilis. Verum ista solutio confirmat potius, qui oppugnet opinionem supradictam, equitem enim Romanũ hunc fuisse scribit Dionys. quem Augustus pręfectum fecit, & ideo à Jas. & communi non recederem cum Cagnol. nu. 423. quia est text. apertus, in dict. leg. 3. ex quo loco

apparet spectabilis titulum initio additũ equitibus, qui ad præfecturas proveherentur, non autem Senatoribus. In formula quoque ipsius officii Cassiodorus
137. Formula Præf. vigil. sic ait, Quamvis nomen tuum ad civitatis te vigilias debet excitare, ut possis implere, quod diceris, tamen prudentiæ nostræ solita cautela non deserit, nisi eos, quos ad agendum deligimus, ad parendum quoque suaviter invitemus. quid est tibi pulchrius, quam in illa urbe operam navanter impendere, diligentiæ tuæ, ubi tales vestes venerantur assistere, cautela quidem tua mox ut adhibita fuerit, per Patriciorum & Consulum ora discurrit, vix te contingit aliquid solicitè facere, & audis proceres cum admiratione laudare, mediocrem dignitatē regis, & in summa opinione versaris, custos Romanæ civitatis diceris, quando eam ab intestino hoste defendis, quapropter circa fures solicitus esto, quos si tibi leges punire minimè præcipiunt, tamen eos indagandi licentiam non tulerunt. credo ut quamvis essent raptores detestabiles, tamen quia dicebantur Romani, majori eos subderent dignitati. Utere igitur per indictionem illam Præfecturæ vigilis dignitate,

te, horror tibi pœnarum ademptus est, non potestas, nam lex à quo voluit malos capi, ipsum censuit plus timeri, eris securitas soporantium, munimen domorum, tutela claustrorum, discussor obscurus, arbiter silentiosus, cui fallere insidiantes fas est, & decipere gloria, actus tuus venatio nocturna est, quæ miro modo si cernitur, tunc tenetur, furta magis in furibus facis, dum illos circũvenire niteris, quos omnibus illudere posse cognoscis, præstigii genus est, quod agitis, ut latronũ versutias irretire possitis, facilius enim existimamus sphingis ænigmata comprehendi potuisse, quam raptoris fugacem præsentiam reperire, ille circumspectus ad omnia, instabilis adventura, trepidus ad insidias, quemadmodum potest capi, qui more venti nullo situ cernitur contineri? vigila impiger cũ nocturnis avibus, nox tibi pandat aspectus, & sicut illæ reperiunt in obscuris cibum, ita tu possis invenire præconium, esto nunc ab iniuncta solicitus, venalitas tibi non adimat, quod concedit industria, nam licet hęc sub profunda caligine videantur geri, nullus tamen actus est, qui possit abscondi: privilegia quoque vel officii deputati ex nostra

tibi autoritate rationabiliter vendicabis, quia necesse est, in tam magna civitate per diversos judices agi, quod ab uno non potest explicari.

138. Præf. noctis Venet. Venetiis præfecti † noctis sex sunt ad criminales causas judicandas, sex item ad leviores quasdam decidendas, utriusque autem magistratus officium est, ut vicissim suam tribum circumeant cum publicis stipatoribus & apparitoribus armatis, provideantq; ne per nocturnas tenebras, quæ majorem licentiam præstare hominibus scelestis solent, cuipiam fiat injuria, nevè fur clam domum quampiam fodiat, aut ne latro ullas per vias grassetur in quenquam, inprimis Venetæ urbis originibus uterq; hic magistratus magnæ æstimationis erat postmodum adjunctis novis reipublicæ magistratibus, prout ratio temporum & commoditas exigebat, horum dignitas & autoritas est obscurata, summaq; potestate ad alios magistratus translata, parva quædam in eorum subselliis residere. Atq; hæc quidē de magistratib. quod ad hūc locum pertinere visum est hactenus, complures enim alii magistratus fuere, qui à Pomponio silentio involvuntur, ea forsitan ratione, quia jus

non

non dicebant, de quibus latè per Fenestel. & Pompon. Let. Sunt & alii apud Venetos, qui maximam videntur habere cum illis similitudinem, verum quia non vacat, ideo istud aliàs præstabimus, interim Rom. Reip. imaginem verborum coloribus depictam vobis speculari liceat, in qua præstanda si aliquid boni inveneritis laudabimus Deum, à quo scientia & cuncta bona procedunt, si verò quid insulsum, vel parum eleganter dictum reperietis, obsecro vos ne objurgationis, sed ingenuæ cujusdam pietatis & modestiæ calamo velitis emendare, pervulgati illius adagii memores, Non facientem non errare. Mihi satis superq; fecisse videbor, si aliorum studia commovero, & post adumbrationem lineamentaq; à nobis allata ad articulationem & colorum injectioné faciendam incitaro.



FINIS.